

- 33 Novitij ex Decreto Clementis VIII. olim recipi non poterant sine approbatione Episcopi Diocesani. Hodie fecerunt.
- 34 In professione recipienda in primis recurrendum est ad consuetudines, privilegia, vel statuta cuiusque Ordinis.
- 35 Praelati immediati Conventuum ex communi observantia Religionum teste Navarra possunt Novitios recipere.
- 36 Novitius qui post se recipere in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci.
- 37 Et qui in Ordine Predicatorum, Eremitarum S. Augustini, & Carmelitarum.
- 38 Novitij a quibus, & qua forma sint recipiendi ex Bulla, & declarationibus Sixti V.
- 39 Societas Iesu Religiosi dispensati sunt a Greg. XIV. in recipiendis novitijs non servata forma Constitutionis Sixti V.
- 40 Professionem an censetur amittere qui iunctis manibus tradidit se Abati in Monachum, & in Fratrem, & in seque usque ad n. 51.
- 41 Verbum, errare, quid importet.
- 42 Promittere obedientiam monachalem idem est ac profiteri.
- 43 Totum simplex pendet ex voluntate solius votantis, votum solemne fectus.
- 44 Professio iudicatur quando procedit votum profectendi, & postea subsequitur aliquod signum denotans professionem.
- 45 Professio factis non servata forma prescripta in regula, vel Constitutionibus Ordinis an valeat, & num. seqq.
- 46 Regula Monachorum ponens certam formam circa professionis actum non videtur ponere formam substantivam.
- 47 Nisi habeat decretum irritans, vel statuat ut professio aliter fieri non possit, n. 49.
- 48 Papa potest infringere professionem ita ut obligationem non inducat.
- 49 Verbum, potest, negativè prolatum necessitatem importat.
- 50 Vovens ingredi religionem, & cogi possit ibi perpetuo remanere, & n. seqq. usque in finem.
- 51 Quid in foro externo. Et quid si à monasterio exivit non sponte, sed coactus, n. 58. & num. seqq. Et quid si exivit sponte, & statim post ingressum, n. 62. & 69. Et quid si non statim exivit, sed aliquamdiu in monasterio perseveravit, n. 63. Et quid in foro conscientiae, n. 67.
- 52 Vovens perpetuo se religiose vitium, & certam religionem servatam ad saculum redire non potest, nisi ex causa contrarium profectetur.
- 53 Vovere religionem ingredi, & se fieri Monachum, an differat.
- 54 Conditio habetur pro non adimpleta quando implementum non durat factu illius, qui tenetur adimplere, & num. 65.
- 55 Solvere non dicitur qui solvit, & incontinenti recuperat.
- 56 Relictum sub conditione si monasterium intraverit, an debeat esse, qui intravit, & postea exivit.
- 57 Obligatio habetur pro adimpleta, quando implementum non durat sine factu illius, qui adimplere tenetur.
- 58 Voti, & iuramenti obligatio non extenditur ad impossibilia.

- 60 Religatus in civitate, si dominus iusserit eum recedere, non tenetur panam etiam conventionalem, & iurata.
- 61 Vovens ingredi certam religionem non intendens ad aliam se obligare, si ibi non recipiatur, non tenetur intrare aliam.
- 62 Factum aliquid non censetur si factum non daret. Venisse non dicitur qui non fessit, ibidem. Declaratur, n. 65.
- 63 Vovens ingredi religionem censetur ingressum vovisse secundum formam iuris communis, quae est ut ingrediens detur annus probationis, & num. 68. & 70.
- 64 Dispositio omnia simpliciter concepta, vestitur a iure communi & ad illius intellectum est redigenda.
- 65 Religionem intrare animo probandi melius est, quam nullatenus intrare.
- 66 Voti obligatio in tantum fertur in quantum se extendit voluntas, & intentio votantis.
- 67 Religionem ingrediens animo exeundi, sed cum voluntate ut Deus immutet propositum suum, satisfactio voto.
- 70 Religionem ingressus ex voto an exire possit ulla causa exsularatione libertatis, & n. seq.
- 71 Novitium ex voto religionem ingressus, infra annum si sine ulla causa recedat, peccat mortaliter. Sed sponte ingressus peccat venialiter. Contrarium, num. 72.

PORRECTUM. Valet professio facta sine susceptione habitus Religionis. Hoc dicit secundum Abb. Siculum, & est ex mente Abbatis Antiqui. Sed secundum Jo. And. Butr. Cardinal. & Anchar. hoc intendit, videlicet, Professio facit Monachum non habitus tantum, & eodem modo summat Jo. de Anania, pratermissa tamen ditione taxativa, tantum, quam etiam omittit glos. 1. & magis consonat littere. Communis divisio. Consultatio, & responsio. Secunda ibi, Inquisitioni.

2. Nota primò ex Decretali differentiam inter votum profectendi, & professionem. Nam votum profectendi est de futuro, veluti cum quis voverit religionem ingressurum, aut professionem emissurum, & habet conditionem subintellectam; si Abbas voluerit sic voventem recipere, secundum Innoc. hic in fin. & Butr. n. 12. Nec est solemne, sed simplex; & ideo quamvis impedit matrimonium contrahendum, tamen non dirimit postea contractum, cap. Consultuit, infra qui cler. vel vovens, cap. Vnico, §. Reliqua verò, de voto lib. 6. & in hoc omnes conveniunt, ut testatur hic Hostien. num. 1. nec per illud vovens efficitur religiosus, aut de foro Ecclesiae, licet compelli possit, & debeat ut religionem intrat, cap. Ex parte, il secundo, in fi. de convers. coniugat. & cap. Per suas, de voto glos. ultima hic vers. Vel intellige, & Abbas num. 14. Archid. in c. Scimus, num. 5. 12. 9. 1. & docet S. Thom. in 2. 2. q. ultim. art. 3. quoniam etiam in genere voverit hoc, scilicet aliquam religionem intrare, & non dixerit quam; ecclesia nihilominus potest ipsum distringere, ut intret in unam de approbatis, postquam de voto in iudicio sibi fuerit facta fides, secundum Hostien. in cap. Ex parte, n. 5. de cens. Archid. in d. c. Scimus, n. 5. & Gemin. n. 2. Neque verò sic vovens potest se tueri decreto Concilii Trident. in c. 15. sess. 25. de regulat. quoniam S. Con-

- gregatio consulta, An qui vovit ingredi religionem, & mea perleverat, si ingressus infra annum probationis recedat, & revertatur ad seculum, sic liber a voto ex mente Concilii cap. 15. sess. 25. de Regul. Respondit decretum Concilii d. cap. 15. nihil disposuisse de voto. Professio autem est votum de presenti, quod diem, aut conditionem non recipit nec tacite, nec expressè, & est solemne, ideoque impedit contrahendum, & dirimit post contractum, cap. De viduis, il primo, cap. Ha verò, & cap. Quo Christo, 27. qu. 7. cap. Infirmitate, Qui cler. vel voventes, & dicit. cap. un. in primo responso, de voto, lib. 6. Itaque aliud est profiteri velle, quod fit in primo casu, & aliud re ipsa profiteri, quod fit in 2. arg. 1. 2. ff. De profecti, & l. In vendentis, c. de contrahend. emp. Quas differentias constituunt hic Innoc. num. 1. & 3. vers. Sed certe si Hugo, & num. 5. & 6. vers. Respondet, & vers. Sed non videtur bona, Host. num. 1. Jo. And. num. 4. Butr. num. 2. Ancharan. in 1. notab. & Jo. de Anan. num. 2.
- 8. Hinc inferitur ut si quis profiteatur in manibus eius, qui recipit nomine Abbatis, & recipiens non habet potestatem incorporandi, vel professionem recipiendi, non fit Monachus priusquam Abbas ratificet, quia huiusmodi votum est de futuro, nec dirimit matrimonium post contractum: post ratificationem verò est de presenti, & tunc dirimit, secundum Innoc. & Host. quos sequitur Jo. And. n. 4. vers. Quid si profector. Eodem modo distinguitur in matrimonio carnali contracto alterius nomine, de quo Host. n. 13. in fine. remittit ad summ. de sponsal. §. Quasi contrahatur, ad hoc cap. Si tibi absentis, de preben. lib. 6.
- 9. Secundo nota ibi, infirmitate gratatus, nec non ibi, Decederet. Professionem regularem emitti posse etiam in articulo mortis, dummodo vovens integrum habeat iudicium, ut hic, & apertius in cap. Sicut tenor, junctis glos. in verb. Exeramentum, & in cap. Sicut nobis, infra eodem. Atque ita secundum Abbatem hic in 1. notab. Infirmitas corporis professionem non impedit; sed infirmitas animi fecus. Ratio differentiae est, quia validitas professionis dependet ab animo, cum voluntarium sit de intrinseca ratione voti, cap. 1. supra eodem, cap. Super eo, in fi. de voto, & docet S. Thom. in 2. 2. quæst. ult. art. 4. Unde furiosus, & mente captus validè profiteri non possunt, ut d. c. Sicut tenor, & cap. Gonsalvus, 17. quæst. 2. An autem Superiores Regulares, qui seduxerunt Monachum, vel Moniale ad profectendum in mortis articulo, teneantur res illius hære libus restituere, scripti plenè in d. cap. Sicut nobis, à num. usque in finem.
- Tertio nota unam practicam profectendi secundum Anton. de Butr. num. 4. videlicet, Cum quis iunctis manibus tradit se Abati in Monachum, & in Fratrem. Sed de hoc latius dicam infra cum glos. ult. in 1. quæst. num. 40.
- 10. Quarto nota ad validitatem professionis regularis non exigi scripturam: factis est enim ut aliunde constet de animo profecti volentis, ut hic per Abbatem in 2. not. Nec refragatur tex. in cap. Vidua, 20. q. 1. ubi caveatur ut viduis scriptis professionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatam. Item, ut exponit glos. ibi in ver. scriptura, hoc non ideo dicitur quod necessaria sit scriptura, sed ut scriptura propria obviet ei, qui contrave-

nit, ut cap. Saluberrimum, 1. q. 7. & idem notat ibi Hugo dicens, dummodo constet de facto per testes, vel alias legitime, huiusmodi solemnitatem ad cautelam adhiberi, ne postea quomodo factum est in dubium revocetur, ut refert ibi Turrecem. num. 3.

11. Quintò nota litteram, quæ quotidie allegatur videlicet, Habitus non facit Monachum, sed professio regularis, concordat cap. Consultuit, infra qui cler. vel vovens, cap. Ex parte, in fi. eod. & supra eod. cap. Ut clerici.

12. Hoc tamen limitant Doctores, ut vendicat sibi locum in habitu probationis dumtaxat, de quo loquitur hoc cap. & d. cap. Ex parte. Secus autem est in habitu professorum: quia talis in ingressu religionis receptus, utique Monachus facit. Ita Abbas Antiquus hic in fine. Host. in cap. Statutum, num. 2. in ver. Consequitur, in fi. eod. & Archid. in cap. Beneficium, num. 1. eod. tit. lib. 6. Huiusmodi enim habitus votum professionis habet annexum: unde cum primum quis illum recipit in religione, Monachus est, & ejus votum est solemnitatum, ut notat in d. c. Statutum, glos. 1. Abb. Antiqui, in ver. Novitios, Host. num. 1. in ver. Religiosus, & Butr. num. 6.

Sed hæc limitatio non videtur vera; quia nullo casu habitus sine professione Monachus facit, nec est habitus professorum, qui facit Monachum, sed tacita professio, quæ ex illius susceptione resultat, textus est ad hoc notabilis in cap. Constitutio, ibi, (Tacite verò facta infra annum probationis per susceptionem habitus, qui profectibus tantum datur.) infra eod. lib. 6. Præterea si ex sola susceptione habitus professorum abique professione votum esset solemnitatum; quod duobus modis solemnitandi votum taxativè expressis in cap. un. de voto lib. 6. addendus esset tertius modus, videlicet, per susceptionem habitus professorum, quod esset absurdum; quia quod non est Sancto- rum Patrum decreto sancitum, superflitiosis non est ad inventionibus præsumendum, c. Consultuit, 2. q. 5. & c. Inter corporalia, de tranlat. Episc. & ita obsecure sentit glos. 1. hic, nam primo arguit quod imò habitus facit Monachum, & allegat jura, quæ loquuntur de habitu professionis, deinde solvit dicens; Illud verum quod habitus sine professione non facit Monachum: sola enim professio vera, vel præsumpta Monachum facit, & solemnitat votum; & paulò infra dicit capitula contraria esse intelligenda de præsumpta professione. Ex mente igitur glos. habitus professorum non facit Monachum, sed sola professio vera, vel præsumpta, quæ ex illius susceptione resultat, & ita illius mentem declarat Abbas hic num. 8. nam, ut ipse ait, Hæc glossa ult. in effectu quod habitus dumtaxat non facit Monachum, sed tacita professio, quæ resultat quandoque ex habitus susceptione, seu dilatione, Monachum facit; & ita debent intelligi jura, quæ fundantur super habitus susceptione, seu delatione. Unde secundum eum, si quis portet multo tempore habitum religionis extra monasterium, non censetur professus, ut in cap. Ut clerici, supra eod. & notat glos. in Clem. eos, in ver. In aliqua, eod. tit. & hoc ideo est, quia tunc cessat præsumptio tacite professionis: nam si vellet profiteri, intrasset monasterium. Fortè tamen intentio Abbatis Antiqui, Hostiensis, & Archid. fuit constituere hanc differentiam inter habitum novitorum, & professorum,

forum, quod ex sola susceptione habitus novitiorum praesumptio tacite professionis non inducitur, sed oportet ut novitius illum deferat per annum, ut cap. 1. *infra eod. lib. 6. & d. Clem. 8. vel aliunde appareat eum voluisse vitam mutare, ut c. Consulti, infra eod. & sic solus habitus novitiorum non facit Monachum. At verò ex sola susceptione habitus professorum in ipso religionis ingressu oritur in continenti praesumptio professionis tacite; quia in ipso temporis momento, in quo novitius talem habitum recipit, efficitur tacite professus, ut in d. cap. *Constitutionem, infra eod. lib. 6. & in hoc sensu habitus professionis Monachum facit. Addit tamen Collectarius in cap. Statutum, in princ. infra eod. post glof. ult. in d. cap. *Constitutionem. Ex susceptione habitus professorum infra annum probationis non induci tacitam professionem, nisi data perleverantia tridui, ut statuitur in praedicta Decretali *Constitutionem, in fin. & in cap. *Ad nostram, supra eod. Sed tu die tacitam professionem illi, o induci, sed revocabiliter, cum infra triduum sit locus penitentiae, ut notabiliter declarat glof. magna, in cap. *Beneficium, post medium, per. in contrarium, infra eod. lib. 6. Uti quoque Jo. Andr. in cap. *Vidua, num. 7. in fin. supra eodem, prudenter appellat tridui perleverantiam, id est non penitentiam.*******

15 Verum hodie haec distinctio inter habitum novitiorum, & professorum aperte sublata est jure novissimo Concilii Tridentini in cap. 15, sess. 25, de Regular. quo irrita declaratur professio facta non expleto anno probationis. Et consequenter sublata est etiam professio tacita, quae olim inducebatur ex susceptione habitus professorum infra tempus probationis, ut Sac. Congreg. declaravit. Quapropter hodie nec habitus probationis, nec professionis infra tempus probationis susceptus Monachum facit; ideoque in Ordinibus Mendicantium, in quibus etiam ante Concilium professio intra annum probationis fieri non poterat, ut in cap. *Non solum, & cap. *seg. infra eod. lib. 6. Non inducebatur professio ex receptione habitus professorum infra tempus probationis, ut hic firmat Host. num. 3. Jo. Andr. num. 5. sibi, salvo quod habet in cap. *Constitutionem, & Collectar. eodem num. & vers. alius enim fuit in facultate ejuslibet eludere juris dispositionem, assumendo in ingressu habitum professionis, & lex esset ludibrio posita, secundum Hostien. ad hoc c. *Commissi, §. Porro, de elect. lib. 6. Quare hodie idem dicendum in omnibus Ordinibus etiam non Mendicantibus, cum etiam ad eos Concilium prorogaverit dispositionem. d. c. *Constitutionem, ut patet in dict. cap. 15, in fine cap. 22. eiusd. sess. 25. de Regular. Unde etiam fit ut hodie non requiratur amplius perleverantia tridui, quae olim requirebatur ad hoc ut suscipientes habitum professorum infra annum probationis expletum essent religioni alligati, ut scripsi plenius in d. c. *Ad nostram, num. 5. & 6. supra eod. Ceterum finito tempore novitatus dari possunt casus, in quibus novitius per delationem analem habitus probationis non fiat tacite professus, & tamen fiat per susceptionem habitus professionis, & secundum hoc etiam hodie potest contingere, ut habitus professionis Monachum faciat, non autem habitus probationis, de quo dic ut plenè notavi in c. *Quia ingrediens, à num. 30, usque in fin. supra de testam.*******

17 Sextò nota, Nec habitum, nec ingressum monasterii esse de substantialibus Monachatus, sed de accidentalibus, ideoque professionem compelli posse ut monasticè vivat, licet nunquam intraverit monasterium, nec habitum sumperit, ut hic notat Abbas in ult. not. num. 7. Sed hodie hoc corrigitur jure novissimo Concilii Tridentini in cap. 15, sess. 25, de Regular. ut inferius attingam num. 26. & de habitu scripti latius in d. cap. *Quia ingrediens, num. 7. supra de testam. & de ingressu in cap. *Infirmante, in prima quaestione, infra, Qui cler. vel vovet.**

18 Ultimò nota ibi, Et recipitur ab Abbate. Professionem non valent nisi recipiatur ab eo, qui potestatem habet incorporandi religioni, prout hic notant Innoc. num. 4. Hostien. num. 13. in ver. Et recipitur, Jo. Andr. num. 4. in eod. ver. Qui omnes asserunt eum, qui proficitur, non obligari etiam ex simplici voto, nec posse ab aliquo professionem fieri, nisi sit alius, qui illam recipiat, & qui illi possit dare regulam, & ipsum corpori Ordinis aggregare, & sequuntur hic Butr. num. 6. vers. Nota duo principalia, Cardinal. in 2. not. & in 3. qu. num. 5. Anchar. num. 2. in 3. not. Abb. num. 9. & Joan. de Anania num. 4. Et est ex mente glof. 1. in vers. De cas ergo, de quo in speculat. de Stat. Monachor. vers. 19. concordat cap. *Ad Apostolicam, infra eodem, ibi, [Abbate per se, vel per alium professionem recipientem Monasticam; Inec non ibi, Prohibendum est Abbatibus ne passim ante tempus probationis quoslibet ad professionem recipiant,] & cap. *Non solum, infra eod. lib. 6. ubi habetur in simili prohibitione. Et Concilium Trid., cap. 15, ibi, Ad professionem admittatur, & cap. *seg. ibi, Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad proficendum admittant,] sess. 25, de Regular.***

19 Ratio hujus conclusionis est, secundum Abb. num. 10. Quia ex professione oritur reciproca obligatio, quae induci non potest sine consensu utriusque, sicut contingit in aliis contractibus, qui non possunt consiliter ex consensu unius tantum, ut l. in omnibus, ff. de act. & obligat. & l. sicut, C. eod. Quandoquidem Monachus obligatur ad obedientiam Superiori exhibendam, ut c. *Cum ad monasterium, infra de stat. Monachor. & cap. *Si religiosus, de elect. lib. 6. & vice versa religio obligatur Monacho ad alimenta, ut cap. *fin. infra eod. Unde Navarr. cons. 26. incipit. Orta sunt, num. 1. hoc tit. ait professionem esse contractum quemdam reciprocum utro citroque obligatorium, quo proficiens se obligat monasterio, vel Ordini ad servandum ei secundum regulam ejus; & e contra monasterium ad alendum, & tractandum eum, secundum eandem regulam; & ita esse necessarium consensum utriusque partis tam Praelati, & monasterii recipientium, quam ipsius profitentis, quod ante ipsum docuit Sylvester v. Religio §. 8. vers. Et 20 tertio patet ratione. Sed & Archid. in cap. *Vidua, n. 2. in ver. Nam illa, 20. g. 1. ait, Inter profitentem, & monasterium esse qualim matrimonium spirituale, & est ex mente Host. hic d. num. 13. dum ad hoc inducit, cap. *Cum inter Canonicos, supra de elect. Ergo necesse est ut sit alius, qui hanc obligationem recipiat; nam sicut inter baptizantem, & baptizatum, instituentem, & institutum debet esse personarum distinctio, quia nemo potest seipsum baptizare, ut sibi ipsi beneficium conferre, ut cap. *Debitum, de baptisim. & cap. *fin. de infirm. ita distinctio*******

distinctio esse debet inter profitentem, & proficentem recipientem; nam cum nemo possit seipsum religioni incorporare, oportet ut ab alio ad id potestatem habente corpori ordinis aggregetur, ut hic, & in dict. cap. *Ad Apostolicam, infra eod. per professionem namque quis efficitur de Collegio Monachorum, & una omnes unum corpus constituunt secundum Innoc.*

21 Sed hic incidit quaestio, Quis sit ille Superior, qui potest professionem recipere, & Ordini incorporare?

De Abbate non est dubium secundum omnes; dum tamen hoc faciat non ipse solus, sed una cum conventu, & Fratribus, ut hic notat glof. & scripti plenè in cap. *Ad Apostolicam, in 2. not. infra eod. Item dicendum de Abbatibus, ut tenet Archidiaconus in cap. *Constitutionem, infra eodem lib. 6. dicens professionem fieri posse in manibus Abbatibus, vel supra altare, allegat cap. *Consulti, ubi idem tenet Hostien. infra. Qui cler. vel vov. & sequitur Gem. in d. cap. *Constitutionem, §. 1. col. 2. vers. Quare an professio debeat fieri in manibus illius; dummodo tamen & ipsa professionem recipiat cum consensu majoris partis conventus, ut dicam infra, n. 28. & seq. De Commendatario aliquid tenget in c. *Ad Apostolicam, num. 27. infra eod. & in c. *Infirmante, num. infra qui cler. vel vov.******

23 Sed dubitatur quid in Episcopo? In hoc, hic n. 5. vers. Videtur etiam, tenet posse Episcopum per se, vel missos suos, vel alios, ejus tamen nomine recipere professionem talium, etiam si aliquod monasterium non ingrediantur, vel certam religionem non proficiantur; sufficit enim ut erumant habitum, quem portant in domo propria, Tales namque religioi censentur, & sub obedientia Episcopi vivunt, c. *Quod Deo, 33. g. 5. c. De viduis, 27. qu. 1. d. cap. *Infirmante, qui clericus, vel vov. & cap. *Dudum, de conyer. coniugat. Inferioribus autem Praelatis, veluti Archidiaconis, Plebanis & consimilibus dicitur hanc auctoritatem non competere, nisi & Episcopus hoc ratificet, cum hoc ipsi soli sit specialiter concessum, arg. cap. *Vir, 27. quaest. 2. cap. *Nulla, & cap. *Vxor, 23. distin. Et cum his dictis Innocent. transeunt hic Hostien. n. 4. Jo. Andr. num. 4. vers. Sed numquid Episcopi, & verbi. *Quid de Archidiacono, Anchar. num. 7. & communiter Doctores, ut Abbas restatur, num. 12.*******

25 Sed tu adverte: nam aut in manibus Episcopi emittitur professio non determinata ad certam religionem, vel monasterium, & votum hujusmodi non potest dici solemne, sed simplex, quod non dirimit matrimonium post contractum, licet impediat contrahendum, ad hoc enim ut votum ita solemnizetur, necesse est ut fiat professio expressa, vel tacita in aliqua de religionibus per Sedem Apostolicam approbatis, ut diffinitur in c. *un. de voto lib. 6. Ad idem cap. ult. infra de religio, dom. & c. 1. eod. tit. lib. 6. Aut professio determinatur ad certam regulam, & vel religionem approbatam, & tunc non potest Episcopus quemquam illi religioni, vel ordini incorporare invito Abbate, & conventu, ad quos hoc vis noscitur pertinere, ut hic, & in praedicta Decretali ad Apostolicam, & utrobique notant glof. & Doctores. Unde merited Innoc. opinionem ref. lant hic Butr. n. 9. in fin. vers. Attende ne Innoc. faciat te errare. Cardin. in 7. g. num. 7. vers. Dic etiam cum Episcopus, & Abbas num. 12. vers. Sed D. Antoninus. Multo autem dist.*

facilius ad praxim deduci posset opinio Innocentii post Concilium Trident. nam ex decreto cap. 15, sess. 25, de regul. invalida est professio illius, qui non steterit per annum in probatione post susceptum habitum. At non potest dici in probatione steterit qui nunquam ingressus est monasterium, sed tantummodo habitum gessit in domo propria, quantuncumque vixerit sub obedientia Episcopi quoniam nec ipse austeritate religionis probavit, nec religio mores illius, qui est finis propter quem tempus probationis fuit à SS. Patribus institutum ut legitur in d. c. *Ad Apostolicam. Qua de re scripti plenius in d. c. *Infirmante, in 1. g. n. 26. & 41. Fateor tamen in tribus casibus polleaquam annus probationis praecessit intra claustra posse fieri professionem regularem in manibus Episcopi, adeo ut impediat matrimonium contrahendum, & dirimat post contractum, ad praescriptum d. c. *un. de voto lib. 6. Primus est in Episcopo ecclesiae regularis, veluti ecclesiae Pamplionen. & Vintonien. talis namque cum simul sit Episcopus, & Abbas utique potest Monachos sibi subiectos ad professionem admittere, ut determinat Compstellanus in c. *Cum causans, n. 1. supra de elect. quem sequuntur communiter Doctores, ut ibi dixi n. 18. & seqq.****

28 Secundus casus est in monasteriis, quae abundant redditibus, & patitur defectum Monialium: nam potest Episcopus monere Abbatissam, & conventum ut de novo debeant aliquos creare, quod si infra terminum eis praefixum non parent, posse Episcopum illorum negligentiam supplere, ibique Moniales constituere, arg. eorum, quae notantur in c. *Ex parte, supra de concess. preben. & tenet Gem. in c. *fin. post medium, vers. Sed si abundaret, & Philipp. Franc. post eum num. 2. vers. Quando tamen monasterium, infra eod. lib. 6. Quod ego intellico verum in monasteriis non exemptis, alias enim non pertineret ad Episcopum supplere hujusmodi negligentiam, sed ad illarum superiores, vel ad S. Apostolicam, text. est in c. *Sicut, ibi, Nisi à jurisdictione tua exemptae sint, de supplen. negl. Praelat. & in cap. *Cum singula, §. Prohibemus, in fin. ibi, per diceceanos si exempta non fuerint, alioquin per Sedem Apostolicam ordinentur, & illic notant Gem. & Franc. ambo in ult. not. de preben. lib. 6. nisi specialiter cautum sit ut diceceanus auctoritate delegata suppleat negligentiam exemptorum, ut fit in casu Clem. un. de supplen. negl. Praelat. At vero cessante negligentia, etiam in monasteriis non exemptis Monialium receptio de jure non spectat ad Episcopum, sed ad Abbatissam, & conventum, ut c. *Ad solum, & ibi notant Jo. Monachus, & Archid. de regular. lib. 6. & tenet Lapus allegat. 31. incipit. Prima conclusio, ubi propterea subdit quod si Episcopus mandat Abbatissae, & conventui ut unam recipient in monasterio non Mendicantium, & Abbatissa concordat cum quinque, & duodecim dissentient, non debet illa recipi, ex quo de jure Sanctimonialium receptio spectat ad Abbatissam, & majorem partem conventus, ita ut si Abbatissa vellet recipere, non posset, & si à tali receptione appelleretur, appellatio est legitima, ut c. 1. supra de his que sunt à maior. part. Capitul. nec potest Episcopus praecipere ut certam personam recipiant, cum electio debeat esse libera, cap. *Comterras, supra de election. Ita Lapus, quem totidem verbis referunt in c. *fin. infra eod. lib. 6. Gem. in c. *circum medium, vers. idem tenet********

tenet Lapis. & Franc. *num. 1. in glos. 2.* Licet ipsi tribuant Episcopo maiorem auctoritatem in huiusmodi monasteriis non exemptis: nam secundum eos etiam cessante omni negligentia, possit Episcopus creare Moniales, ut hic, & in c. *Duim, de conuers. conu. & cap. De viduis. 27. qu. 1.* & mandare Abbatibus, ut illam sic receptam a se recipiat in monasterio, arg. cap. *Placuit. 17. qu. 1.* & tenetur tunc Abbatibus recipere, etiam si non habeat defectum monialium, cessante tamen legitima exceptione. Ergo multo fortius tenetur recipere ingredientem de mandato Episcopi, ad eundemque spectat cura, & sollicitudo etiam Monachorum, ut in c. *Qui vere, in fin. 16. q. 1. c. Si quis Abbas, & c. Abbat, 18. q. 2.* & subdunt ita tenere Gasparum de Calder. *conf. 28. de regular. sed ibi nihil dicit ad propositum, sed in conf. 16. quod incipit. Receptio Monachorum, eod. tit.* Verè tamen Calder. loquitur in defectum Prælati regularis, & tandem retrahit se ad casum negligentiam. Unde magis placet prima opinio Lapi, quam etiam sequitur, Navarr. *conf. 9. num. 12. de conuit.* Quod autem ait 31 frater Ludovicus Miranda in *Manual. Prælat. 19. 2. q. 8. art. 1.* Abbatibus non posse novitias recipere sine suorum Prælatorum licentia, non probatur iure, & in monasteriis subjectis Ordini Fratrum Minorum S. Francisci id specialiter est cautum à Nicolao V. ut refertur in *Compend. Privileg. in verb. Abbat. 1. §. 2.*

32 Tertius casus est in Monasteriis virorum, vel mulierum, que ita sunt Episcopo subiecta, ut ad eum spectat receptio Monachorum, vel Monialium, puta ex consuetudine præscripta, vel privilegio arg. d. c. *fin. in sup. eod. lib. 6.* & quod notatur in c. *Ex parte, de conuers. conu. & in specie tenet Cardinalis hic d. num. 7. vers. Ad quam potest Episcopus recipere, & in hoc casu loquitur text. in d. c. *Si vir, 27. q. 2.* cum aliis supra citatis: nam de iure veteri monasteria erant Episcopo subiecta, ut c. *Monasteria, 18. qu. 2.* cum suis concord. At verò in monasteriis, & religionibus exemptis, quales sunt hodie religiones ferè omnes, ut plenè notavi in c. *Tuarum, in sup. de privileg. tenendum est absolute Episcopum non habere facultatem admittendi quemquam ad professionem, ut Cardinal. ubi supra, & Navarr. conf. 40. incipien. Mathæus professus, hoc tit.* receptio enim ad professionem est actus dependens à potestate superioritatis, ut sensit Innoc. hic, & apertius ait Gemin. in c. *Constitutionem, §. 1. col. 2. vers. Quod an professio debeat fieri, & Navarrus d. conf. 40. num. 2. ad fin.* & clarè probatur in decreto Concilii Trident. c. 16. *vers. Finito, ubi superiores novitios, quos habiles invenerint ad profitemdum admittant, sess. 25. de reg. 33* Quod adeo verum est, ut cum in Decretis Clementis VIII. super forma recipiendi novitios ad habitum, & professionem promulgatis sub die 19. Maij 1602. inter cætera constitutum esset ne in Conventibus designatis Novitii ad habitum, vel professionem ulatenus recipi possent nisi prævia approbatione Congregationis reformationis, vel Episcopi diocesani, ut in Bull. *rom. 3. pag. 130.* Religionibus de hoc cæteris conquerentibus, hoc caput sublatum fuit. Unde in decretis de Apostatis, & eiectionibus, in quibus decreta Clem. fuerunt innovata, atque inserta, de approbatione Episcopi nulla fit mentio, ut scripsi plenius in c. *fin. in sup. eod.**

34 Hæc de Episcopo. Sed generaliter ad dignoscen-

dum quis possit ad habitum, & professionem recipere, in primis occurrendum est ad consuetudines, privilegia, & statuta cuiusque Ordinis ut cap. *fin. in sup. eod. lib. 6.* ubi id notat glos. in *ver. Perreant, Archid. Jo. Andr. Anchar. Gemin. & Franc. & Abb. in c. ad Apostolicam, in sup. eod. & novissime Navarr. in prælegat. conf. 9. num. 12. de conuit.* ubi amplius testatur communem observantiam omnium Religionum, quas ipse sua ætate tractavit hoc habere, ut Novitorum, & Monachorum receptio fiat à Prælatis in immediatis locorum, sive Conventuum particularium cum majori parte Capituli. Sed cetera in multis religionibus aliter observatur, & in specie in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci ex regula cap. 2. cautum est, ut infra, videlicet, si qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres nostros, mittant eos ad Muultos Provinciales, quibus solummodo, & non aliis recipiendis fratres licentia concedatur. Et dictio illa taxativa, *solummodo*, non excludit Ministrum Generalem, ut declaravit Gregor. IX. in explicatione regulæ. Quinimo sensus illorum verborum est, ut licentia recipiendi Novitios à Ministris Generalibus concedatur solummodo Ministris Provincialibus, & non aliis, secundum Hugonem, & alios expositores, & præsertim Cordubam super c. 2. q. 7. Ique colligitur ex c. *Exiit qui seminat, §. Sed quoniam de verbor. signif. lib. 6.* ibi, *Concedimus, & presentis status firmamus, licet non solum Generali, sed etiam Provincialibus Ministris personis fugientes à seculo in fratres recipere; qui Ministrum Provinciale licentia per ipsum Generalem, sicut expedire viderit, possit accitari.* Similiter in Ordine Prædicatorum ex Constitutionibus dist. c. 13. §. 3. sic legitur: *Nullus recipiatur in fratrem Clericū ad probationem, vel professionem nisi à Priori Provinciali, vel ab eo, cui super hoc dederit licentiam specialem, vel à Priori Conventuali cum assensu totius, vel majoris partis Capituli: Conventum autem non recipiat Prior Provincialis, nec aliquis de eius licentia, nisi de consensu Prioris, & duarum partium fratrum, qui sunt de Conventu, pro quo fuerit induendus. Nec Conventus aliquis recipiat Conventum sine licentia Prioris Provincialis.* In Ordine itidem Eremitarum S. Augustini ex *Constit. 12. ap. c. 1.* ita cautum est, videlicet, *Recipiatur autem (scilicet Novitii) de licentia Prioris Provincialis, & de consensu primò Patrum Concilii, deinde majoris partis Capituli.* Sed & in Ordine Carmelitarum ex Constitutionibus Novitorum receptio ad Priorem Generalem, vel Provinciale dicitur pertinere iuxta formam traditam p. 1. cap. 13. §. 5.

38 Insuper Navarr. attestatio videtur confundi ex Constitutione Sixti V. Cum de omnibus in Bull. *rom. 2. pag. 601.* qua statutum est ut majores 16. aſis non aliter in aliqua Religione recipi possent, nisi de eorū qualitatis ibi præscriptis in Generali, vel Provinciali capitulo plena fide facta tam Superioris Generalis, seu Provincialis, quam Difinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admitti fuerint. Et in declarationibus eiusdem Constitutionis ab eodem Pontifice postea editis in §. 12. *eod. tom. 2. pag. 603.* professiones non habita inquisitione, & servata forma superioris præscripta nullæ, atque irritæ declarantur. Et quamvis quoad caput nullitatis professionis antedictam

dictam Constitutionem ad terminos juris reduxerit Clem. VIII. in Constitutione, quæ incipit, *In suprema, in Bullar. tom. 3. pag. 629.* tamen in reliquis illam non revocavit, imò salvas esse voluit penas contra Superiores, qui in regularibus ad habitum, & professionem admittendis illius Constitutionis formam non servaverint, licet Constitutionem suam paulisper moderatus fuerit implemet Sixtus in prædictis declarationibus, §. 7. ubi quibusdam religiosis indulget, ut cum quadam cautela ibi expressa possint novitios recipere etiam extra Capitulum. Religiosos autem Societatis Jesu ab observatione prædictæ Constitutionis Sixti V. in recipiendis novitiis nominatim exemit Gregor. XIV. in Constitutione, quæ incipit, *Exponit nobis nuper fecit, in Bullar. tom. 2. pag. 704.*

40 In ultima glossa QUÆRO. An is, qui junctis manibus tradit, seu reddidit se Abbati in Monachum, & in Fratrem, ex hoc censetur professionem emittere.

Glossa ponit duos intellectus ad hanc decretalem. Primus est quod hic Canonicus, qui se tradidit Abbati in Monachum, & in Fratrem, censetur professus saltem tacite, licet formam non expresserit, quæ habetur in c. *Vidua, 20. q. 1.* neque huic lecturæ obstitit littera loquens, quæ dicit, *Talis ut fiat Monachus, & reddat Domino quæ promiserat, erit utique compellendus, quæ videtur innuere ut nondum esset professus, quoniam exponitur id est, sicut, & vivat ut Monachus, & in hac lecturâ tandem refidit glos. & Innoc. in fin. dum exponit verbum, *fiat*, id est perseveret in eo, quod jam est; Jo. Andr. *num. 6.* ubi etiam allegat *Tancredum, Butr. num. 4. Anchar. circa finem in ver. Fiat, & Abb. num. 13. & n. 14. in fine.* Lapis solemniter allegat, 129. incipien. *Etiam super quo, nu. 10.* Secundus intellectus est quod iste Canonicus fecit solummodo votum simplex ut fieret Monachus tradendo se in manus Abbatis, ut in c. *Per tuas, in sup. de voto, ubi habetur consimile votum ingrediendi religionem, & promissio de illo adimplendo facta in manibus Prælati, & huic intellectui suffragantur illa verba textus, ex quo à convertendo votum emittitur, ut scilicet fiat Monachus. Unde qui sic promissit, & votum religionis ingredi, compellendus est ut fiat Monachus, & reddat domino vota sua, & sic planè sonat litteræ, & cum hac lecturâ videtur transire Hostien. in fin. cum illam recenseat secundo loco, & non reprobet.**

Tu teneas primum intellectum, pro quo adduco textum ad hoc non ponderatum à Doctoribus in c. *Gonsalvus, 17. q. 2.* ubi deciditur, Gonsalvum Presbyterum tanquam non professum recipere debere beneficium, quod resignavit, quia etsi quondam in infirmitate fervore passionis pressus Monachum se fieri promiserit: non tamen monasterio, aut Abbati se tradidit, ut in textu; quasi dicat si se tradidisset, beneficium resignatum recuperare non posset, tanquam legitime professus, ut c. *Beneficium, in sup. eod. lib. 6.* probat ergo ille textus votum ingrediendi religionem solemnizari si postea votens tradat se monasterio, vel Abbati. Deinde hoc ipsum probat, quia si Canonicus, de quo loquitur hoc capitulum, emisisset votum simplex iuxta secundum intellectum, non tradidisset se in Monachum in manibus Abbatis, sed potius de se tradendo vovisset, & considerat hic Cardinalis in 41 3. oppos. Præterea pondera illud verbum, *reddidit*

re, id est tradere, ut exponunt glos. & Doctores. Tradere autem se Abbati, seu in manibus Abbatibus idem importat ac potestati Abbatibus se submittere, c. *Omnis, 11. q. 3.* & c. *Alididus, 20. q. 1.* Facit tex. in l. *Traditionibus, C. de patris, & in l. Traditio, ff. de acquir. rer. domin. cum concordant, de quibus per Dyn. in cap. *Nemopatesi, de regul. iur. lib. 6.* At quis non subjicit se potestati Abbatibus nisi per solemnem professionem, c. *Si religiosus, de elect. lib. 6.* Ergo idem est tradere se Abbati, ac solemniter profiteri quod tenet Lapis d. allegat. 129. num. 20. præsertim ubi quis tradit se non simpliciter, sed in Monachum, & in Fratrem, ut in textu: hoc enim nihil est aliud quam subjicere se Abbati tanquam Monachum, eique promittere obedientiam Monachalem, quod perinde est ac professionem emittere, ut c. *Consultus, in sup. qui cler. vel vovet. Innoc. hic in princ. Hostien. num. 2. in fin. in ver. Tibi se reddidit; & Jo. Andr. eod. n. & verb.* Ad hæc simplici voto non adaptatur illa ratio, quæ ponitur in textu, videlicet quod habitus non faciat Monachum, sed professio regularis. Et similiter alia ratio quæ subsequitur, videlicet ex quo à convertendo votum emittitur, & recipitur ab Abbate, idem convenit professioni tantum, quæ cum pendat non solum ex voluntate profitentis, sed etiam alterius, ad sui validitatem exigat recipiatur ab eo, qui potestatem habeat religioni incorporandi, ut abundè ostensum est supra in ult. not. non autem convenit simplici voto, quod pendet ex voluntate solius votentis, nec indiget alterius receptione, ut c. *Quod Deo, 32. q. 5.* & c. *Ex parte tua, in sup. de conuers. conu. & secundum Innoc. hic num. 4.* Quibus accedit quod iste Canonicus prius emiserat votum simplex ut fieret Monachus, ac deinde gravi morbo correptus, ut suam sanaret conscientiam, voluit reddere Domino quod promiserat, ne voto non completo ex hac vitamigraret, ut dicitur in littera. At certe votum suum non complevisset si tradendo se in Monachum professionem non emisisset, sed potius votum simplici aliud simile votum adiecisset, quod planè ineptum fuisset, & nugatorium. Ad demum si hic ageretur de simplici voto dumtaxat, non autem de professione regulari, hoc cap. incongruè fuisset positum sub hac Rubrica de Regularibus, & potius collocandum fuisset sub illa de voto, & voti redemptione, prout factum est de prædicta Decretali Per tuas. Et minor quod Doctores ad has considerationes non advertant. Hæc igitur sit conclusio, Quod tradens se in Monachum, & in Fratrem in manibus ejus, qui potest religioni incorporare, dummodo prius animum probationis peregerit ad præscriptum Conc. Trid. c. 15. *sess. 25. de Regular. eo ipso Monachus efficitur, & cogi debet in religione perseverare; maxime si prius voverit ut fieret Monachus, juxta text. hic & in d. c. *Gonsalvus, 17. qu. 2.* & hic notant Butr. & Jo. de Anania ambo in l. *not.* dum ex hoc textu colligunt professionem induci quando præcedit votum profitemdi, & postea subsequitur aliquod signum denotans professionem. Proccedit autem hæc conclusio, quamvis regula, aut Constitutiones Ordinis certam profitemdi formam præscribant: nam nihilominus tradens se Superiori in Monachum, & in Fratrem censetur tacite profiteri etiam ea forma non servata, ut innuit hic glossa *fin. in princip.* ibi, licet fortè non expresserit formam professionis, &**

Abb. n. 13. & Sylvest. *in ver. Religio* 3. in 1. c. 18. q. 4. *in fin.* Ratio est secundum Abb. quia regula Monachorum ponens certam formam circa professionis actum non videtur ponere formam substantivam; eo quod cum obligatio dirigatur in Deum, defectus forme non debet vitare actum, sicut videmus in excommunicatione, ut notatur in c. *Sacro*, *infr. de sentent. excomm.* Quod tamen limitabis nisi regula, vel constitutiones Ordinis à Sede Apostolica ex certa scientia confirmata procederent ulterius decernendo irritam professionem aliter factam; quia tunc professio emissa non servata forma praescripta non valeret, argum. cap. *Si solus*, *vers. Nisi nos in gratia de concess. prebend.* lib. 6.

43 cum suis conxor. Potest enim Papa infringere professionem, ita ut obligationem non indicat, ut cap. 1. de *religijs. dom. lib. 6.* & cap. *Non solum*. & ibi Gemin. in 15. *nor. de Regular. eod. lib.* Ad hoc Concilium Trident. cap. 15. *vers. Professio autem ante facta sit nulla, nullamque inducat obligationem*, &c.

49 *sess. 25. de Reg.* Et idem esset si regula praescriberet formam professionis per haec verba, videlicet (Professio aliter fieri non possit) tunc enim professio aliter facta irrita esset; quia per hoc censetur data forma substantialis, cui à partibus renunciari non potest, ut notat Bart. in l. *fin.* num. 4. C. de *vend. reb. civit. lib. 11.* & Felin. in d. cap. *Cum dilecta*, num. 6. de *rescript.* ubi enumerans decem signa forme, dicitur quod signum, inquit, ubi in dispositione dicitur, aliter fieri non possit, ibi est data forma, & ei non potest renunciari; item haec verba, [Aliter fieri non possit,] inducunt decretum irritum, ut ait Parisius *conf. 9. n. 20. lib. 2.* Item verbum: *potest*, negativè prolatum necessitatem importat, secundum Bart. in l. *De his*, num. 4. *ff. de transact.* & vide in materia quod scripsi in c. *Causam*, num. 21. & 24. *sup. de elect.*

51 **Uterius QUÆRO**, An is qui vovit ingredi religionem, teneatur, & cogi possit in ea perpetuò remanere.

52 **Quæstio** duas habet inspectiones. Altera est, an sic vovens in foro Ecclesie cogi possit in religione perseverare. Altera ad id teneatur in foro conscientie.

53 **Circa primam inspectionem** Host. *hic num. 1.* ait in hac materia vim fieri posse in verbis: nam si dixerit, *Voveo* me perpetuò religiosè victurum, & talem religionem servaturum, tunc non potest redire ad seculum, cap. *Consulti*, & cap. *Stratumus*, *infr. eod. quasi saltem tacite professus intelligatur*, argum. cap. *Diaconi*, 28. *diff.* Nisi ex causa contrarium protulerit, ut cap. 1. *supra quod metus causa*. Sin autem dixerit, *Voveo* me intraturum religionem, teneatur ingredi; potest tamen intra annum exire, nisi appareat eum voluisse vitam mutare: nam quoad ecclesiam requiruntur de hoc indicia, ut in cap. *Non solum*, *infr. eod. lib. 6.* Ita Host. quem totidem verbis sequuntur Jo. Andr. num. 5. Cardinal. in 3. *opposit.* Anchar. *sub num. 10.* *in ver. Fiat*, & alii communiter.

54 **Verum** glof. *ultima in vers. Talis ergo*, vulgè effectum ut qui promissit, aut vovisse intraturum aliquam religionem compelli possit, & debeat ut fiat Monachus: quod perinde est ac si dixisset, compelli potest, & debeat ut professionem emittat monachalem, & consequenter perpetuò remaneat in religione: nam si glof. sentiret sic voventem cogi posse tantummodo ad intrandum, non autem

ad perseverandum, non dixisset eum posse compelli ut fiat Monachus; quia per solum ingressum sine professione quis Monachus, seu religiosus non efficitur cum effectu, ut dicitur textus in c. *Religiosus*, §. *Quamvis autem*, *de sentent. excomm.* lib. 6. Licet Cajetanus aliter sentiat in 2. 2. quod ult. art. 4. *vers. Ad primum dubium*, ubi subtiliter probat votum de ingressu religionis, & votum de fieri religiosum æquivalere, & utroque casu voventem teneri tantummodo ingredi, ut novitium; non autem perpetuò perseverare.

55 **Et pro opinione** glof. valde urget quod quando ponitur in conditione factum, quod juris fertur effectum, puta si matrimonium contraxerit, vel si monasterium intraverit, vel aliud simile, tunc si implementum conditionis non durat facte illius, qui tenetur adimplere, conditio habetur pro non adimpleta, textus est in l. *Inter Castellianum*, *ff. de arbitris*, ubi condemnatus rem tradere non implet præceptum rem tradendo nisi res tradita daretur; unde si res ad eum revertitur, restitueri tenetur, ut l. *Qui sit solvitur*, *ff. de solut. ubi non dicitur solvitur*, & incontinenti recuperat. Unde Angelus *conf. 159. incipien. Conradus Alberti*, num. 4. **Format** questionem, An is, qui intravit monasterium, & postea exivit, consequi debet relictum sub conditione si monasterium intraverit, & per jura prædicta resolvitur talem esse privandum relictis si factò suo exivit; quia non dicitur conditionem implevisse: fecus si sine factò, & culpa sua, ut l. *Si quis heredem*, *de iust. & solut.* Licet Bart. ibi super hoc dubitaverit, & solum quæsierit, & questionem indiffusam dimiserit.

58 **Quid dicendum?** Pro solutione plures casus videntur distinguendi. Primus est in eo, qui à monasterio exivit non spontè, sed coactus, puta quia à Superioribus regularibus ante professionem eiecus fuit, ut in Conc. Trident. cap. 16. *vers. Finito*, *sess. 25. de Regular.* & hoc casu votum intelligitur adimpletum, nec potest Ecclesia talem compellere, ut iterum ad religionem reveratur. Ratio est, quia quando implementum obligationis non durat sine factò, & ministerio ejus, qui adimplere tenetur, obligatio habetur pro adimpleta, & eo casu sufficit implementum per momentum temporis extitisse, licet non duret, ut est textus apertus in d. l. *Si quis heredem*, *de iust. & solut.* Ideoque legatum factum alicui liberis susceperit, statim debetur natis filiis, licet postea moriantur, ut l. *Cum uxori*, C. *quando dies legati ced. quam legem sic summat Bald.* videlicet, sufficit, ut conditio in momento temporis sit impleta. Et facit l. *Hereditatibus*, in *prin. ff. ad Trebellian.* & l. *Quid ergo*, in *fin. princ.* ibi, Ad initium nuptiarum se retulit, & *ff. de his qui nor. infam.* & hoc tenet Ang. *loc. cit.* Et hic primus casus parum habet difficultatis; quia obligatio voti, sicut & juramentum non extenditur ad impossibile, c. *Significante*, de *pignor. c. 1.* & ibi glof. in *ver. Impossibilitate*, *lib. 6. l. Impossibilitate*, & l. *inter stipulantem*, §. *Sacram.* *ff. de verb. oblig.* & l. *impossibilitate*, *ff. de reg. iur.* Hinc relegatus in aliqua civitate sub pena conventionali etiam jurata, si dominus civitatis jussit eum recedere, poenam non incurrit; ex quo per eum non stat, cum non possit Superiori resistere, ut respondit Angel. *conf. 378. Dominus Raymond.* & *conf. 379.* Et proprius ad rem nostram qui vovit ingredi certam religionem non intendens

dens ad aliam se obligare, si ibi non recipiatur, non tenetur intrare aliam, & solutus est voto, ut docet S. Thom. in 2. 2. quod ult. art. 3. ad 2. quem refert, & sequitur Sylvest. in *ver. Religio* 2. num. 16. post Richar. quem citat. & Archid. in c. *Scimus*, num. 2. l. 2. q. 1. Quando enim quis vovet intrare certam religionem subintelligitur conditio, si possit, vel si voluit me recipere, quia conditio non existente, non exiit votum, ut post Hug. Cardinal. inquit Archid. *ubi supra*.

62 **Secundus casus** est in eo, qui non coactus, sed spontè exiit à monasterio, & tunc subdistinguentium; nam aut exiit statim postquam ingressus fuit, aut non statim exiit, sed aliquandiu in religione perseveravit. In primo casu votum non adimplevit, ideoque ab Ecclesia cogi potest ut iterum ingrediatur; quoniam non dicitur intrasse qui statim exiit, text. est in cap. *Ad nostram*, ibi, Statim penituit quod habitam induisset, *sup. eodem.* Et hoc casu habent locum jura, quæ dicunt, Non censeri aliquid factum esse si factum non duret, ut cap. *Constat*, l. 9. c. 1. cap. *Vides*, 23. quod 6. l. *Si filius*, *ff. Quod cum ex quo in alien. possess.* & l. *Si pro parte*, §. *Verjunt*, *ff. de in rem verso.* Unde breviter vera uxor nec divertisse videtur, dicit text. in l. 3. *in fin.* *ff. de divort.* nec dicitur venisse qui non stetit, cap. *Si quis autem*, l. 2. *diff. cap. Certum est*, l. 1. q. 3. & cap. *Missa*, *de consue. diff. 3.* cap. *Si postquam*, & ibi glof. in *ver. Ante*, & cap. *Cupientes*, §. *Si per viginti*, ubi glof. in *ver. Compareant*, de *elect.* in C. *Facit rex*, in l. *Plerique*, §. *de ritu nupt.* & in l. *Vir mulieris*, §. *de donat. inter virum, & uxorem*, alioquin si vovens ingredi religionem non teneretur intrare nisi per momentum temporis, & post illico recedere, votum esset frustraneum, & irritum, quod non est dicendum, Clem. *Cum illis*, *de renunciat.* & ita tenet S. Thomas d. q. ult. art. 4. ad 3. ubi ait, Eum, qui intrat ut statim exeat, non videri satisfacere voto suo, quia ipse in vovendo hoc non intendit; & ideo tenetur saltem velle experiri sibi expediat in religione remanere: & eum sequitur Archid. in cap. *Scimus*, num. 3. l. 2. q. 1. & ibi Bellam. num. 26. & Sylvest. *religio* 2. num. 19.

63 **In secundo autem casu**, id est cum non exiit statim, sed aliquandiu permanit in religione, mihi magis placet opinio Host. & sequacium, ut scilicet liceat ei redire ad seculum, nec ulterius cogi possit ad monasterium reverti: moveor quia vovens ingredi religionem censetur ingressum vovisse, secundum formam juris communis, quæ est ut ingrediendi detur annus probationis, ut cap. *Consulidus*, l. 7. §. 2. & cap. *Ad Apostolicam*, *infr. eodem*, cum suis concordantibus, & ita expressè docet S. Thomas in 2. 2. quod ult. art. 4. ad 3. *in corpore ad finem*, & solum patebit infra in secunda inspectione. Omnis enim dispositio simpliciter concepta restituitur à jure communi, & ad illius intellectum est redigenda, l. 2. C. *de noxal. l. Quæro*, §. *inter lucratorem*, *ff. locati*, cap. *Causam que*, *de rescript.* & cap. *Quædam admodum*, *de iure iur.* Anchar. *conf. 5. Vso themate*, num. 8. & *conf. 421. Præmittendum est*, in *prin.* Neque obstat quod obligatio non dicatur adimpleta quando ejus implementum non durat factò illius, qui tenetur adimplere, secundum ea, quæ dicta sunt supra, num. 45. Nam respondetur hoc casu implementum obligationis illius, qui vovit ingredi religionem, non esse perpetuum

perleverantiam in religione; quia ad illam se non adstrinxit, saltem judicio Ecclesie; sed esse ipsum ingressum in monasterium ad probationem illius austeritates, cui quidem obligationi integre satisfecit ingrediendo, ibique tantum morando ut illius asperitates potuerit experiri, juxta text. in cap. *Ad Apostolicam*, & cap. *Non solum*, *infr. eod. lib. 6.* Unde ad ulteriorem perseverantiam non est ullatenus compellendus. Et ita in effecta respondet Cajetanus in 2. 2. q. ult. art. 2. in *respons. ad 2. dub.* ait enim: (Verum est non venisse cum, qui non stetit ad id, pro quo venit; & ideo ingrediens religionem cum veniat ad religionis probationem, non diceretur venisse si ingressus abiq; probatione retrocederet. Sed si probationi operam dat, dicitur venisse ad religionem probandam, quia stat in religionis probatione, quocirca sicut spontè ingrediens religionem, & in probatione illius se exercens, & postmodum exiens, dicitur venisse, & stetit, quia venit ad religionem probandam, & in probatione stetit: ita ex voto ingrediens religionem, & probando illam, tandem exiens, dicitur venisse, & stetit ead. ratione.) Hæc Cajetanus. Nec propterea talis dicitur inutiliter vovisse, quia ut inquit, D. Thom. d. art. 4. in *respons. ad sessionem*, Melius est intrare religionem animo probandi, quam penitus non intrare; quia per hoc disponitur ad perpetuò remanendum.

67 **Circa secundam inspectionem**, videlicet an vovens intrare religionem teneatur ibi esse perpetuò in foro conscientie, & quoad Deum, Hostiensis *hic num. 2. in fin.* questionem paucis absolvit, dicens: Sed quantum ad animæ salutem videt vovens quid intendebat, & relinquatur conscientie sue, cap. *Mulieris*, *de iure iur.* & sequuntur alii supra citati, num. 43. Sed uberius rem totam explicat, D. Thomas in 2. 2. in *pre. alleg. quest. ult. art. 4. in corpore*, ait enim: Obligatio voti ex voluntate procedit: nam vovere voluntatis est, ut Augustinus dicit, ad hoc cap. *Magna*, *infr. de voto*, in tantum ergo fertur obligatio voti, in quantum se extendit intentio voventis. Si ergo vovens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad perpetuò remanendum; tenetur perpetuò remanere, Si autem intendit se obligare ad ingressum religionis causa experienti cum libertate remanendi, vel non remanendi; manifestum est quod remanere non tenetur. Si verò in vovendo simpliciter de ingressu religionis cogitavit absque hoc quod cogitaret de libertate exiendi, vel de perpetuitate remanendi, videretur obligari ad ingressum religionis secundum formam juris communis, quæ est ut ingrediendibus detur annus probationis: unde non tenetur perpetuò in religione permanere: ita D. Thom. cujus distinctionem probantur ibi Cajet. & reliqui Expositores, 69 Archid. in d. c. *Scimus*, num. 3. l. 2. q. 1. & Sylvest. in *ver. Religio*, 2. num. 19. Addit Richar. relatus ibi à Sylvestro, quod si vovens intrat quidem animo exeundi, sed tamen cum voluntate dandi operam, ut Deus immutet propositum suum; satisficit voto; aliàs fecus.

70 **Ceterum** adverte ne decipiaris: nam quod superius diximus ex D. Thoma voventem ingredi religionem in dubio censeri ingressum vovisse juxta formam juris communis, quæ est ut ingrediendibus detur annus probationis, non videtur ita intelligendum, ut sic vovès post probationem possit pro

libito voluntatis à religione exire, etiam sine ulla causa quandoquidem inter ingredientem sponte, & ingredientem ex voto debet esse differentia, & quidem sponte ingrediens potest saltem quoad Ecclesiam ex sola ratione libertatis exire, ut probat textus in c. *Statutus*, ibi, Ad prioritatem redire posse liberè infra annum, & in c. *Cum simus*, ibi, Quia tunc liberum sibi erit cum dimittere, *infra. eod.* At verò ingredientis ex voto tenetur Religionem probare, ac si inveniatur illius conditiones sibi gratas, ex vi voti obligatur ad perseverantiam, nec potest ex sola ratione libertatis ad seculum remeare. Nam sicut filius ingressus est probatio, ita probationis finis est gratiarum, vel ingratarum conditionum inventio. Inventionis autem finis quoad conditiones gratas est acceptatio, quoad ingratas refutatio. Recta namque ratio non patitur ut aliquid probandum detur, & repetitis omnibus probatæ rei conditionibus gratis, refutetur. Et confirmatur quia tempus probationis indultum est tam in favore novitii, quam religionis, ut cap. *Ad Apostolicam*, *infra. eod.* at religio si novitium jam probatum, & habilem reperitum pro sola libertate expelleret, utique ageret contra bonam fidem, ad hoc Conc. Trident. c. 16. ibi, finito tempore novitatus Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitemdum admittant, *sess. 25. de regular.* Ergo paritate novitius est male hâc rei coram Deo si à religione jam probata ex sola libertate retrocedat. Uterque igitur, id est tam spontè ingressus, quam ex voto, peccat recedendo à religione sine ulla causa. Sed ingressus sponte peccat venialiter tantum, arg. c. *Consulti*, *infra. eod.* Ingressus autem ex voto peccat mortaliter; quia intelligitur, se obligasse ad probandum bona fide, quod non servat, licet in foro Ecclesiastico nihil ei obijci possit. Ita Cardinal. Cajet. in 2. 2. d. qu. ult. art. 4. in respons. ad 3. dub. ubi hæc filius probat, & respondet objectis. Quæ doctrina est valde notabilis si vera est, non tamen transit absque difficultate, saltem in ea parte, in qua habet sponte ingredientem ex eodem sine ulla causa venialiter peccare, quoniam cum lex imperatur auctoritatem liberè exeundi infra annum probationis, ut in d. c. *Statutus*, & c. *Cum simus*, cum suis concordant. Ergo novitius, qui pro sola ratione libertatis recedit à monasterio, non peccat, cum hoc faciat legis auctoritate, c. *Qui peccat*, 23. quæst. 4. Item propositum ingrediendi religionem non obligat etiam ad veniale, ut post D. Thomam in 2. 2. q. 88. art. 1. probat Archid. in c. *Qui bona*, n. 317. q. 1. & Navarri Manual. c. 12. nu. 26. & in reper. cap. *Pennata*, mon. 1. de poenit. dist. 2. *Commen. tom. 3. pag. 171.* Ergo ab hujusmodi proposito recedere nullum est peccatum, & hujus sententiæ videtur esse aperte D. Thomas d. 1. ult. art. 4. in respons. ad 1. dum ait: non intelligitur aliquis retroire, vel aspiciere nisi quando prætermittit id, ad quod se obligavit, alioquin quicquid per aliquod tempus facit aliquid bonum opus, si non semper id faciat, esset in pejus Regno Dei, quod patet esse falsum. Et in responsione ad secundum dicit, eum, qui religionem intravit, scandalum non generare si exeat, præsertim ex aliqua rationabili causa. Pondera dictionem illam, *præsertim*, quæ propriè idem importat quod maxime, & quamvis exprimat casum minus dubitabilem, tamen implicat idem esse in casu contrario, videlicet si &

ne ulla rationabili causa exeat, ut cap. *Diversi* *salvatoris*, de cler. coning. c. *Ex littera*, si secunda, & ibi notat gloss. in ver. *Præsertim*, de homicid. *Gemin. cons. 16. num. 4. in fin. vers. Non obstat*, & *Calder. cons. 542. alias 2. de verb. signif.* liber tamen hic refert verba Sylvestri contrarium insinuantis in verb. *Religio*, s. q. 2. num. 8. ad finem, quæ sic se habent. (Qui ergo solum proposuit perseverare non vovendo, nec se offerendo professioni, potest intra annum ad seculum redire de jure, & contrahere matrimonium, etiam sine peccato quoad Ecclesiam, & etiam quoad Deum si redeat ex justa causa, puta, inhirmirate, vel debilitate: si autem ex causa injulta puta tadio sanctæ vitæ, vel hujusmodi, est peccatum ingratitude.) Hæc ille. Et pro opinione Sylvestri, & Cajetani allego opt. text. in c. *Qui bona*, 17. qu. 1. ubi Gregorius ait. Qui bona agunt, si meliora agere deliderant, & post delibata non faciunt, licet in bonis prioribus perseverarent, in conspectu tamen Dei reciderunt ex deliberatione, & ibi gloss. exemplificat in eo, qui prius proposuit matrimonium contrahere, & deinde continentiam servare, & allegat Hugonem dicentem hunc mortaliter peccare si firmiter proposuit; sed mox lubidini secundum alios peccare tantum venialiter. Et per illum text. Hostiæ in c. *Consulti*, num. 9. *infra. eod.* dicit peccare eum, qui proposuit fieri Monachum si propositum non adimpleat licet votum non fecerit.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Cum simus.

S V M M A R I V M.

- 1 Pater si cum bonis suis, & filio impubere se obtulit monasterio, filius factus maior exire potest, & legitimam à monasterio petere.
- 2 Professio vim vincit hæc verba, Confiteor me, & mea monasterio.
- 3 Filius impubes à Papa oblatu monasterio cogitur ibi remanere usque ad pubertatem, sed factus pubes liberè exire potest.
- 4 Monasterium quævis habeatur loca filij non tamen excludit filium legitimam, & naturalem à successione paternæ quantum ad legitimam, & n. seqq.
- 5 Filiatio vera prævalet fide.
- 6 Legitima an debeatur filio statim atque pater in Religione capax honorum in communi professionem emittit; an veri expectanda sit eius mors naturalis, & n. seq. usque ad num. 23.
- 7 Successio propriè adoptatur ad desinendum.
- 8 Quondam dictio solet communiter apponi quando fit mentio de mortuo.
- 9 Successionis verum adaptatur etiam ad Monachum viventem, cum iura fictione dicatur mortuus.
- 10 Authentica Si qua mulier, C. de Sacros. Eccles. non est canonizata in cap. Si qua mulier, 19. quæst. 3. & cit.
- 11 Legitima non debetur filio nisi post mortem patris naturalem, vel civilem.
- 12 Ius patriæ potestari solvitur per mortem civilem sicut per naturalem.

Puella

- 3 Puella monasterium ingredi valens an sit indulgentium, ut si decessum non purificetur per illum professionem sed prorogatur usque ad diem mortis naturalis, & n. seq. usque in fin.
- 4 Legatum curi maioru si puella nupserit, minoru si Religionem proficatur, qua parte debeatur proficui, & n. 16.
- 5 Principis auctoritas excedere non est in gratia dilatorij, resistit verò in preemptorij.
- 7 Præiudicium quod ex prorogatione fit vocat ex fidei commissio conditionali, non est considerabile.
- 8 Subsistens quale præiudicium generatur ex prorogatione fidei commissi, & quo remedi fit eis consulendum.

CUM SIMUS. Si pater se cum bonis suis, & filio impubere obtulit monasterio, filius factus maior exire potest Religionem, & legitimam à monasterio petere. Hoc dicit Abbas. Communis divisio, Secunda, ibi, Discretione.

Nota primo ibi, *Contulisset*, hæc verba, *Confiteor me, & mea monasterio*, vim professionis obtinere, ut hic, & in c. *Proximo*, supra eodem, & notant hic Innoc. in princ. Hostiæ, post principium in ver. *Contulisset*, Jo. Andr. num. 1. in eodem, ver. & Butr. nu. 3. quod tamen intellige ut dixi in cap. *In presentia*, in 1. not. supra de probat.

Secundo nota, quod est paterna devotio, seu oblatio filium impubere faciat Monachum, ut in Concilio Toleran. IV. cap. 48. relato in cap. *Monachum*, 20. qu. 1. & in cap. *Cum virum*, supra eodem. Hoc tamen intelligitur quoad hoc, ut filius cogatur in monasterio perseverare usque ad pubertatem, ut hic per Abbatem in 1. notab. Sed adveniente pubertate liberum erit ei in monasterio remanere, vel ad seculum redire, ut hic est expressum in illis verbis: C. Si dicitur puer ad annos discretionis pervenerit, & habitum retinere noluerit Monachalem, si ad hoc induci nequeverit, non est ullatenus compellendus, quia tunc liberum sibi erit eum dimittere. Concordat c. *Illud*, 20. qu. 1. & quæst. 2. cap. *Si quis in quatuor*, & hic notat Hostiæ. n. 1. Jo. Andr. Cardin. Anchar. & omnes in sum. text. de quo tamen dic ut plene scripsi in d. cap. *Cum virum*, supra eodem.

Ultimo nota ibi, *bona paternæ*, quæ ipsi ex successione proveniunt. Ex eo, quod pater ingrediatur monasterium, & ibi professionem emittat, filium non privari successione paternæ, quia licet monasterium habeatur loco filij ut in cap. *In presentia*, & ibi dixi in 5. notab. de probat. non tamen excludit filium legitimum, & naturalem à successione; quia vera filiatio prævalet fide, ut hic per Butr. n. 4. intellige quantum ad legitimam, quia filius privari non potest cum sit iure naturæ debita; sed reliqua bona monasterio remanebunt, quæ illi competunt ex ingressu, ut in Auth. *Si qua mulier*, C. de Sacros. Eccles. quam Abb. dicit esse canonizatum in c. *Si qua mulier*, 19. qu. 3. & in Auth. *Ingressi*, C. Eadem, & hic notat gloss. penult. Innocen. in fin. Hostiæ, num. 3. Butr. num. 5. & reliqui omnes.

Sed non modo est difficultas, an legitima debeatur filio statim atque pater in Religione capax honorum in communi professionem emittit, an veri expectanda sit mors naturalis ipsius patris? Legitæ communiter videtur sentire expe-

ctandam esse mortem naturalem, in gloss. in d. Auth. *Si qua mulier*, in ver. *Moriatur*, C. de Sacros. Eccles. cum qua concordant ibi Jacob. Burdigar. q. 8. Cymus n. 5. Bart. n. 22. Salycet. n. penult. qu. 11. Alber. num. 7. & 8. & Jal. à n. 51. & ex Canonistis in d. c. *In presentia* de probat. Butr. num. 29. Felin. 56. Paris. n. 166. Decius n. 262. & Beron. 136. Guilelm. de Benedictis in reperit. cap. Raynurtius, in ver. *Mortuo in aq. testatore*, si prima n. 299. de testam. & nonnulli ex modernis, quorum opinio de jure civili tortè est verior per text. in d. Auth. *Si qua mulier*, penderando illum, ut hic per Abbatem, n. 5. ver. *Sed tu adverte*. Nec obstat ille text. quia, ut respondent aliqui ex præcatis Authoribus, hic pater post professionem erat naturaliter mortuus; unde admittit illegitima erat filio debita, ut l. 1. §. *Si impuberi*, ff. de collat. bonor. Id quod colligitur ex hac littera ibi, *quæ ipsi ex successione proveniunt*: nam ver. *successio*, propriè adaptatur ad dehuatum, cum viventis nulla sit successio, seu hereditas, l. *Qui superstitis*, ff. de Acquir. heredit. secundum Abb. hic n. 6. ver. *In contrarium*. Quinimo Felin. in d. c. *In presentia*, n. 56. de probat. attestatur se vidisse integram, & ex illa apparere patrem fuisse mortuum.

Sed his non obstantibus Canonistæ communiter tenent legitimam filio deberi illico post professionem patris per illum text. qui cavillari non potest: nam qui dicunt patrem hic fuisse mortuum, utique divinant, cum ex littera hoc nullatenus deprehendatur, & *Corrèct. singular.* 162. n. 3. affirmat se integram hæc Decretalem vidisse, legisse, ac relegisse, & nihil in ea invenisse, ex quo appareat patrem fuisse mortuum. Quin potius colligitur oppositum; tum quia in principio recitatur nomen patris, ibi, *Cum B. Miles se cum filio suo*, & c. & non dicitur *quondam*, & tamen hæc dicitio solet communiter apponi quando fit mentio de mortuo, ut adverit Abbas hic n. 6. ver. *Id præ prima intellecta*, & constat ex cap. *Cum contra*, ibi, *Quondam pater tuus*, supra, *le pignor*, & cap. *Ex parte B. quondam Anglia Regina*, de for. comp. cum similibus, ut ibi per Felin. n. 2. & Alex. cons. 4. Visti, & *Consuleris*, n. 15. l. 6. Tum quia integra ab Ant. Aug. Collectione 2. *Decret.* lib. 3. tit. 18. c. 1. refertur in hæc verba, [Sanè nuper auctibus nostris est relatum, quod cum C. miles lepra morbo, Domino permittente, resperlus se cum filio suo discretionis annos nullatenus agente ad quoddam monasterium cum bonis etiam suis, quæ à monasterio ipso tenerat, contulisset, dicitum filium habitum fecit suscipere Monachalem, cumque ipsi puero disciplina moralitæ propter aperiaturam Regulæ displiceret, infra decem hebdomadas spatium à monasterio & habitu taliter susceptoru rediens, bona patris ab Abbacia illa cepit cum instantia postulare.] Hæc ibi, Pondera ad ingressu patris, usque ad petitionem legitimæ non intercessit nisi decem hebdomadas, & cum pater non laboraret febris, sed tantum esset lepra resperlus, iatis credibile est eum adhuc fuisse susceptum quando filius legitimam postularit, arg. cap. *De rectoribus*, de Cler. egrot. & c. *De 2. de canonicis leproso*, aut certe si pater obisset, textus de illius obitu mentionem fecisset, ut mortis esset. Nec refragantur illa verba: *Quæ ipsi ex successione proveniunt*. Quia bene adaptantur ad Monachum naturaliter viventem cum juris fictione dicatur mortuus.

F 4

l. Duo

l. Deo nobis, c. de Episcopis, & cler. Quare hanc partem tuentur hic gl. perulsi. Innoc. in fin. Holt. num. 3. Butr. num. 7. Card. nu. 1. Anchar. in fin. & Jo. de Aan. num. 3. & in d. cap. In presentia, de probat. Abb. Siculus num. 79. Barbat. num. 124. & Mantica num. 72. Sylvestr. in verb. Hereditas, l. q. 7. num. 10. in 6. dicitur, & in ver. Religio 6. q. 1. in 2. dicitur, Navarr. Commentar. 2. de Regular. num. 48. & 54. Couar. in cap. 1. num. 7. de testam. & sic transeunt communiter Doctores nostri, ut inquit Abbas hic num. 4. & quamvis ipse num. 6. circa finem licet contrarium verius videri de subtilitate juris; tamen fateatur satis æquum esse hanc tenere in favorem filij, ne cogatur postulare alimenta à monasterio. Similiter Bald. in d. Authen. Si qua mulier, num. 38. (Nota [inquit] quod filij in Authentica nostra quoad petendam legitimam expectant mortem naturalem patris. Et illud est verum de jure civili, sed de æquitate canonica videtur fecus; unde potuerunt intentare conditionem ex canone pro ista legitima statim facta professione per patrem, ut extra de Regular. c. Cum simus, qui textus non est alibi.) Hec Bald. quem sequitur Card. hic n. 2. Adde quod verum non est prædictam Auth. Si qua mulier, in qua fundatur opinio Legistarum fuisse canonizatam in d. c. Si qua mulier, 19. q. 3. Quoniam non est à Papa inserta Canoni, sed tantum redacta à Gratiano in volumen Decreti, & per hoc canonizata non intelligitur, ut dixi in c. Canonium statutum, n. 39. supra de Constitut. Et hoc teneas, quia et si legitima non debeat filio nisi post mortem patris, l. final. ff. de liber. agnoscent. & dicta l. 1. §. Si rupturi, ff. de collat. bonor. tamen pater dicitur mortuus etiam per monachatum, ut cap. Placuit, 16. q. 1. & d. l. Deo nobis, Cod. de Episcopis, & cler. Facit final. Cod. de sent. pass. Unde in simili sicut per mortem naturalem solvitur patria potestas, ita & per mortem civilem, quæ per ingressum contingit, ut hic per Anchar. n. 2. Et fideicommissum conditionale similiter purificatur per ingressum religionis, sicut per mortem naturalem, ut plene notatur in c. In presentia, de probat. & vide bonam gl. in d. c. Placuit, in ver. Mortuus, 16. q. 1.

13 Sed hic quaeritur utrum annuendum sit supplicationi puellæ monasterium ingredi volentes, ut fideicommissum non purificetur per illius professionem, sed prorogetur usque ad diem mortis naturalis.

Gratia in supplicatione petita videtur iusta, & concedenda, cum hæcenus nemini sit jus quæsitum in bonis de quibus agitur, & ne dum non fiat præjudicium considerabile, ut per fideicommissum, sed potius fiat melior eorum conditio, ut ex deducendis mox apparebit.

14 In præsentia verò non est opus aggredi disputationem illam arduam & in primis difficilem. An filia, cui legata fuit dos major, & opulentiore si nupserit, minor vero si monasterium ingressa fuerit, possit proficendo majorem dotem sibi propter carnales nuptias relicta consequi, non obstante contraria patris dispositione. Quandoquidem petitur tantum dilatio purificationis fideicommissi, non autem derogatio, & annullatio illius, inter quos casus magna est differentia, cum Principis auctoritas maxima, & exuberans sit in gratis dilatorij, restrictior verò, & angustior in peremptorij, & decisoria, ad textum in l. Quoties, Cod.

de probat. Imperat. s. jorenus, & notant in cap. Que in ecclesiis, de consuet. Innocen. num. 3. post med. vers. Si vero non asseratur in, Compollit. num. 6. cod. vers. Holt. num. 4. vers. Vbi vers. referunt, Jo. Andr. num. 22. Abb. num. 12. & Felu. num. 47.

16 Præterea questio illa adeo à multis ventilata fuit, ut difficile sit discernere quærens tot difficultatis communis opinio, quamvis affirmativa esse magis receptam censuerit Roland. à Valle, conf. 35. lit. 3. qui alios citat; contrariam verò complexus videtur futuriore Couar. var. lib. 1. c. 19. n. 9. Quod si rationes sint expendendæ, magis quidem vigere videntur pro parte negativa, quibus satisfacere non videtur Roland. licet multum infludaverit in responsionibus per eum allatis. Sed & hæc sua sententia videtur consuetudo repugnare, ad quam plerique Doctores recurrunt, quæ tamen probanda esset, deoque ad evitandas tot difficultates, hæc discussio consulto omittitur, præsertim cum Rota videatur aliquando sequuta opinionem affirmativam, ut per Mohr. des. 237. alius 3. de testib. Et ut hinc opinio gratiam petitam adhuc videri concedendam ex infra scriptis.

Et primo, quia cum jam per substitutionem factam fratri sine liberis decedenti fuerit quæritæ primo rata hæreditas huic puellæ, & hodie magis de eius amissione, quam acquisitione quaeratur, & sit indubitatum, si ei denegetur retentio, eam retractum iri à pio illo affectu ingrediendi religionem: certe succurrendum est ei, & adjuvanda ejus pia intentio, retrahatur ab ea vita, quæ longè præstantior est carnali matrimonio. Tanti enim fecerunt Doctores prædictam questionem transactant hæc rationem, ut hæc potissimum moti fuerint illi, qui affirmativam partem defendunt, cui satisfacere volentes, qui contrariam asserunt, respondent non esse verisimile, ut qui Divino afflatus spiritu vult in aliqua religione profiteri, retinere velit bona temporalia, & eorum contemplatione à tam laudabili proposito pati se avocari, cum bonorum temporalium possessio interdicitur his, qui profiteantur. Verum hæc responsio non satisfacit in specie, de qua agitur, in qua extra controversiam est puellam hanc nolle profiteri, nisi impetrata à Sanctissimo D. N. venia reincedat portionem ad se spectantem, & in eo monasterio professionem esse emissuram, in quo licet bona temporalia retinere.

Secundo videtur hæc gratia concedenda, cum non contineat fideicommissi totalem derogationem, sed prolationem tantum, scilicet ut demum cum diebus extremum clauserit, bona revertantur ad substitutos, non autem à die emissionis professionis. Nam ut dictum est in hujusmodi dilationibus concedendis exuberans est Principis auctoritas, non solum contra testatorum dispositiones, sed etiam contra expressas contrahentium conventiones, ut fuit resolutum à Rota in causa Tiburtina Castri Vitary, in qua fuerant à Papa contra expressum pactum contrahentium conclusæ plures dilationes ad relevandum castrum venditum cum pacto de retrovendendo intra certum tempus, & tamen jam fuerat jus quæsitum parti ob lapsum temporis præstitui ad retrahendum; in specie verò nostra nullum adhuc jus competit fideicommissariis.

17 Atque hinc insurgit tertia, & ultima ratio; nam cum

cam jus hoc sit conditionale sub incerto eventu mortis sine liberis; & ideo sit valde debile, & in spe tantum consistens, ut fuit resolutum in causa Bononiensis de Bolognini, 10. Decembris 1768. nullum sit præjudicium considerabile substitutis ex dilatione huiusmodi, cum ea non concessa, hæc puella non sit professa; & ita nihil certi juris quæsitum fidei commissariis respectu acquisitionis hujus portionis. Et hæc ratione tunc in dicta causa censuit Rota non fuisse necessarium in legitimatione cuiusdam masculi facere mentionem feminarum ad successorem potest masculinos vocatorum. Unum tamen est animadvertendum ex hac dilatione posse resultare præjudicium vocatorum, si ante obitum puellæ aliqua fororum decederet cum filijs, superflucibus aliis fororibus propter impedimentum transmissionis. Sed huic incommodo obviam iri potest si in supplicatione addatur, ut in evento, quo monasterium iure communi non veniat præferendum, purificatio fideicommissi quantum ad effectum transmissionis celeretur facta à die emissionis professionis.

- 14 Aetas nulla in masculis est præstita à Concilio Tridentino ad suscipiendum habitum novitatus. Et quid in mulieribus remissive, ibidem.
- 15 Novitij in religione Societatis Iesu probantur benedictio.
- 16 Abbas solus non potest quemquam recipere ad habitum, & professionem, sed cum maiori parte Conventus.
- 17 Novitij, qui habitum religionis S. Basilij de manu Commendatarij non expressè profecti susceperunt, & per aliquot annos gesserunt, censentur tacite profecti.
- Episcopus Ecclesie regularis potest Monachos ad professionem recipere, ibidem, vers. R. vrlus.
- 18 Abbas potest Monachi receptionem demandare alteri etiam laico.
- 19 Professio facta est ut recipiatur Superiore mandante, vel postea ratificante.
- 20 Multi fieri prohibentur, quæ facta tenent.
- 21 Renunciari non potest beneficio in favorem duorum indulto, nisi de consensu utriusque.
- 22 Renunciari potest tunc etiam in favorem plurium introducto quatenus tangit personam renunciantium.
- 23 Anno probationis hodie nec tacite, nec expressè potest renunciari, & in hoc corrigitur hoc capitulum, & n. seqq.
- 24 Decretum irritans inducit formam.
- 25 Forma an possit renunciari quatenus concernit privatam utilitatem ipsius renunciantis.
- 26 Annus probationis restringi non potest à Superioribus regularibus, etiam si per ingressum fiat alteri grava præjudicium.
- 27 Dispensatur cum muliere, cuius vir sacros Ordines suscepit, ut statim profecti possit, idem in habitu laicali quindecim menses in monasterio steterit.
- 28 Vir, cuius uxor duodecim annis maior monasterium ingressa habitum regularem suscepit, expectare debet donec annus probationis labatur, & profectio sit emissiva.
- 29 Convertita sunt persona Ecclesiastica, quæ alicui religioe additæ solemniter penitent.
- 30 Et possunt professionem emittere iuxta dispositionem iuris communis, earumque constitutiones.
- 31 Tenentur tamen ad clausuram formalem, & emissionem iuramentorum, nec in eorum monasterijs reponi possunt Moniales aliorum monasteriorum correctionis causa.
- 32 Novitij Ordinis S. Dominici in articulo mortis profecti possunt ante annum probationis ad effectum lucrandi indulgentiam, & gratias spirituales exindulto vj v.
- 33 Et quid post Bullam Greg. XIII. In tantia.
- 34 Regulares de licentia Sedis Apostolicæ ad laxiorem religionem eiusdem Ordinis transseant, an per annum in probatione stare, atque iterum profecti teneantur, & num. seq. usque in finem.
- 35 Regularis duobus motibus transferri potest ab uno ad aliud monasterium.
- 36 Monachus translatus ad Prælatum alterius monasterij an teneatur iterum profecti.
- 37 Fratres Minores transseant ad Ordinem Canoniorum Regularium anno probationis renunciari non possunt & n. 64.
- 38 Carthusia est strictissima omnium religionum.
- 39 Carthusiani petita, & non obtenta à suo Superiore.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Ad Apostolicam.

S V M M A R I V M.

- 1 Procestio nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis; sed facta, & recepta tenet. Et quid post iura Sexti, & Concilij Tridentini, num. 23.
- 2 Novitatus, seu probationis tempus quam diu duret ex veterum canonum dispositione varie referuntur sententia, & n. seqq. usque ad n. 13.
- 3 Magistrj, qui iura, cum salvari possunt, sine causa corrigunt, terminorum, sunt transgressores.
- 4 Probationis tempus ex generali consuetudine omnium ferè ordinum ultra annum non extenditur.
- 5 Consuetudo potest legem interpretari, & tollere.
- 6 Novitij ex regula S. Benedicti probantur per duodecim menses.
- 7 Novitij post Concilium Tridentinum expleto anno probationis aut ad professionem sunt admittendi, aut à Monasterio eiciendi.
- 8 Probationis tempus à Superioribus regularibus ultra annum prorogari non potest.
- 9 Declaratur num. 11. Fateor tamen, Prorogatur à Sede Apostolica novitij morbo correpte, etiam ultra sex menses à finito anno donec duret spes recuperande valetudinis.
- Item novitij quæ verebatur ne emissæ professione bona sua apud mercatores existentia recuperare non possent, num. 11.
- 10 Tridentinum Concilium c. 16. vers. Finito less. 25. de Regular. comprehendit etiam Moniales.
- 11 Novitij adversus tacitam professionem potest sibi cavere per professionem præcedentem.
- 12 Novitij non sunt ad habitum recipiendi nisi facta diligenti perquisitione de illorum natalibus, moribus, & vita antea facta.
- 13 Novitij ob defectum ætatis, vel aliis ad profectum inhabilibus elapso anno eoci non debet à monasterio, sed expectari potest quousque sit habitus ad profectum, & n. seq.

- bus licentia recipi possunt ad Eremitis Canaldulensibus.
- 40 Minuorant, & Cappuccinorum religiones aliquibus respectibus sunt strictiores Carthusiana.
- 41 Annus probationis ad quid institutus, & num. 58. & seq.
- 42 Professus in vna religione censetur professus in omnibus quoad substantialia regulae.
- 43 Novitius, qui post annum probationis exiit e monasterio, inde ad triennium reversus potest statim profiteri, nisi religio aut persona conditio sit immutata, & n. 63.
- 44 Approbatus ad aliquod officium non potest in simili officio reprobati requirente eandem persone idoneitate.
- 45 Transiens ab uno ad aliud monasterium non eget nova probatione.
- 46 Novitatus non exigitur ubi professio non est necessaria, & num. 67.
- 47 Regulares translati de strictiori ad laxiorem eiusdem Ordinis ex consuetudine illico admittuntur ad officia, & dignitates secunda religionis, & num. 65.
- 48 Religiosorum species discernuntur ex diversitate professionis, & habitus.
- 49 Religio strictior non debet considerari primava regula, sed habito respectu ad presentem observantiam, & constitutiones ultra regulam factas, & nu. seqq.
- 50 Transitus ad Fratres Capucinis ad Miores de Observantia non datur.
- 51 Nec a Catechato ad Discalceatos eiusdem Ordinis.
- 52 Professio emissa ante annum probationis expletum ex Concilio Trident. est nulla, nullamque inducit obligationem.
- 53 Verba universalia, & geminata quam habeant vim.
- 54 Regularium translatio canonice fieri debet.
- 55 Transiens ad laxiorem religionem eiusdem Ordinis potest quoad locumque ad priorem redire, nisi in secunda fuerit tacite, vel expresse professus, & num. seq.
- 56 Translati ab uno ad aliud monasterium eiusdem religionis potest per abbatem ad libitum revocari ad primum.
- 57 Religiosis non licet temere conversare ab uno aliud monasterium.
- 59 Regulares Praelati quantum cum cautela debeant admitti ad professionem recipere.
- 60 Regulares quam permissiose ad religionem deficiant.
- 61 Regulares quo praesertim excusent a proprietate.
- 62 Transitus ad laxiorem religionem causa praecipua est infirmitas, ac debilitas complexionis.
- 64 Translati ad laxiorem religionem post Concilium Tridentinum anno probationis renunciare non potest.
- 66 Fratres Miores ad Conventuales eiusdem Ordinis transientes sunt incapaces successione ex Bulla Alexandri VI.

AD APOSTOLICAM. Professio fieri, & recipi potest ante probationis annum. Hoc dicit, secundum Jo. Andr. Burr. & Anchar. Sed comprehendendo utrumque responsum, hoc intendit, secundum Card. Abb. & Jo. de Anan. Professio nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis; sed facta, & recepta tenet. Dividitur in duas partes. In

prima ponitur duplex consultatio decisa. In secunda responsio, ibi, *Quaestio prima*. Et haec subdividitur: nam primò respondet ad primam; secundo ad secundam, ibi, *prohibendum*, & est pars cap. *Ad Apostolicam, infra, de convers. coningat.*

2 Nota primò ibi, *Vnius anni*. Regulari institutione interdicitur esse Monachum fieri ante unius anni probationem, ut hic, & cap. *Gonsaldus*, ibi, [Canonica institutio interdicit Monachum ante unius anni probationem effici.] 1792. & pondera illud verbum, *regulariter*, hic positum paulò infra, quod indicat hoc non esse perpetuum: nam quandoque statutum biennium, ut in cap. *Si quis incognitus, eadem caus. & quest.* quandoque verò triennium, ut in cap. *Monasterijs*, 1793. Unde factum est ut in hac Canonum varietate circa probationis tempus quatuor emerferint opiniones.

Prima opinio est eorum, qui dixerunt idcirco diversa tempora fuisse statuta, ut ostendatur tempus probationis esse arbitrarium, argum. cap. *De causis, supra de offic. de leg. ac proinde auctari. & prorogari posse, quinimo & prolixi tolli: nam statim quis potest recipi, & renunciare beneficio huius probationis, ut hic patet, & in cap. *Statutus, infra, eod.* & hanc opinionem recenset primo loco gloss. in d. cap. *Gonsaldus, in verb. Vnius anni, & eam sequitur gloss. 1. hic, & Abbas in ult. notab. n. 8. vers. Mihi autem.**

Secunda opinio est gloss. praerogatae in d. cap. *Gonsaldus*, quae distinguit, an is, qui converti desiderat, sit clericus notus, & tunc probetur per annum, iuxta text. in d. c. *Gonsaldus*. An verò sit clericus ignotus, sive laicus notus, & probetur biennio, ut in d. cap. *Monasterijs*, vel demum, sit laicus ignotus, & probandus sit per triennium, ut in d. c. *Si quis incognitus*. Si tamen clericus notus per annum statim converti voluerit, admittatur, ut in hoc cap.

Tertia opinio fuit Hugonis hic relati ab Hostien. 1. & Jo. Andr. num. 6. qui sic distinguit, videlicet si vita, & conditio eius qui vult converti sit nota; probabitur per annum, & sic loquitur d. cap. *Gonsaldus*. Si conditio sit nota, sed vita ignota; probabitur biennio, & sic loquitur d. c. *Monasterijs*. Si verò utrumque ignotum sit, id est tam conditio, quam vitae tunc triennium erit expectandum, & sic loquitur de cap. *Si quis incognitus, cap. Legem, 53. & cap. Multos, 54. dist.*

Quarta denique opinio est aliorum, quos tacito nomine hic recenset Host. eod. num. 1. qui existimant veterum Canonum diversitatem fuisse correctam per iura posteriora, quae restringunt se ad annum, ut hic, & in cap. *Statutus, infra, eod.* cum suis concordantibus.

Verum haec ultima opinio non placet Hostien. quia cum eadem diversitas non reperitur expresse revocata, & sit rationabilis; remanet in suis terminis, ut in Auth. *de non alien. reb. Eccles. & sim. col. 2.* Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? *L. Sancimus, C. de testam. & l. Praecipimus, in fin. C. de appellat. & Magistri*, qui iura, cum salvari possunt, sine causa corrigunt terminorum sunt transgressores, contra id, quod legitur in c. 1. in fin. *de sepultur.* Nec secundum eum obstant iura moderna, quia etsi indistinctè loquantur, tamen possunt, & debent distingui per iura antiqua sic distinguuntur, ut l. *Non est novum, & l. seq. ff. de legibus.*

In hac

In hac opinione dissonantia dicitur generali consuetudine omnium ferè omnium regularium receptum esse, ut probationis tempus ultra annum non extendatur, & idcirco Host. hic n. 2. & Jo. Andr. n. 6. ad fin. fatentur de consuetudine omnes sequi contrariam opinionem; ac proinde in iudicijs non esse ab ea recedendum arg. l. *Minime, ff. de legibus.*

5 Haec igitur consuetudo, quicquid distinxerint iura antiqua, indistinctè servanda est; quia consuetudo potest legem interpretari, & tollere, s. *Leges, 4. dist. c. Certificari de sepul.* Burr. hic nu. 5. Praesertim verò quia Concilia, & distinctiones Doctorum circa probationis tempus non carent difficultate; nam textus nolter, qui praescribit terminum unius anni, tantum abest ut se restringat ad clericos notos, ut potius expresse loquatur etiam de ignotis, ut patet ex illis verbis,

6 *de reliquo certa notitia non habetur*, & text. in dict. c. *Gonsaldus, 17. q. 2.* in praefinitione temporis annualis refert se ad regulam B. Benedicti, quae absolute ulla distinctione Clericorum, vel laicorum jubet probari novitios per duodecim menses, quibus elapsis, suscipiantur in Congregatione, nec liceat eis ex illa die egredi de monasterio, ut Rubrica de disciplina suscipiendorum Fratrum, c. 8. Quibus hodie accedit ius novissimè Concilii Tridentini, quod in c. 15. sess. 25. de regular. non per verba in definita, sed universalia praefixit probationi terminum unius anni in quacunque religione, & in cap. 16. immittit sequenti praecipit, ut finito tempore Novitiatum, Superiores quos habiles invenerint ad profitandum admittant, aut è monasterio eos ejiciant. Ex quibus verbis

8 apparet tempus probationis à Superioribus regularibus ultra annum prorogari non posse, cum inferiores à Papa dispensare nequeant contra generale Concilium, extraurg. *Sancta Romana, 5. Quidam autem*, & ibi gloss. in ver. *Concilij, de re iust. dom. & probavi latissime in cap. Nimis, an. 2. supra de fil. Presbyter.* Unde mos fuit legitima subsistente causa huiusmodi promotiones obtineri à Sed. Apost. & in specie cū virgo monast. ingreſsa, adversa valitudine correpta, dubitaret ne post annum probationis, cuius finis instabat, professione non emissã è monasterio eijceretur, iuxta c. 16. sess. 25. de regular. vers. *Finito tempore professionem autem emissere non posset nolentibus Monialibus, quae verebantur, ne ob morbum inutilis esset monasterio; adijt pro remedio Sacram Congregationem Concilij; quae censuit agendum cum Sanctissimo, ut concedatur prorogatio ultra menses sex à finito anno, donec dureret spes recuperandae sanitatis; Sanctissimus annuit ut concedatur ista prorogatio. Et amplius putavit cap. 16. sess. 25. de regul. vers. Finito,*

10 non comprehendere moniales, sed tantum viros, quia tamen in re dixit amplius à Sacra Congregatione deliberandum. Sacra Congregatio deliberavit d. c. 16. etiam Moniales comprehendere, quia c. 15. praecedens loquitur tam de Monialibus, quam de viris; & subest ead. ratio. Rursus cum Olympia Spinula monasterium ingressa dubitaret, ne emissã professione bona sua apud mercatores existentia recuperare non posset, & tempus professionis emittendae instaret, petijt à S. Cong. ut sibi liceret manere in monasterio ultra tempus novitiatum, nec tamen propterea intelligeretur tacite profecti, S. Congregatio censuit quoad tacitam

11 professionem posse Olympiam sibi cavere per protestationem, ut possit autem ultra tempus novitiatum manere in monasterio, & non profiteri, opus est ut Sanctissimus det dilationem. Sanctitas sua indulget sex menses ultra annum novitiatum, ut manere posset in monasterio absque professione. Fateor tamen non videri prohibitum Superioribus, quin possint professionem prorogare ex aliqua iusta causa ad breve tempus, & ita intelligi potest alia declaratio, quae dictum est tempus probationis esse arbitrarium, & ultra annum prorogari posse, alioquin nimis durum esset ut novitius revoluto anno probationis confestim, & nulla interjecta mora expellendus esset à monasterio, si proptinus ob legitimum aliquid impedimentum profiteri non posset; aut pro qualibet brevi dilatione impetranda recurrentium esset ad Sedem Apostolicam, praesertim ex longinquis partibus, arg. c. 101. §. fin. *Ne sed. a can. lib. 6. l. si longus, §. fin. ff. de iudic. ad quod vide quae scripsi in d. c. Nimis, a num. 25. usque ad num. 30. supra de fil. Presbyter.* Verba igitur d. c. 16. vers. *Finito tempore*, videntur cum aliqua moderata latitudine, & civiliter accipienda ex not. per gloss. in l. *Anniculus, in ver. Civiliter, ff. de verb. signij.* Et ex his subleata remanet prima opinio Joannis glossatoris, & Abbatis quod tempus probationis absolute sit arbitrarium. Cessant tamen secunda, & tertia opinio distinguentium inter clericos, & laicos notos, & ignotos, quia novissimè ex Constitut. Sixti V. *Cum de omnibus in Bullar. tom. 2. pag. 601. & ex decretis Clem. VIII. super receptione, & educatione novitiorum*, statutum est, ut quod attinet ad novitiorum recipiendorum formam, diligens perquisitio habeatur de uniuscujusque natalibus, & vita antea. Atque ita hodie distinguendum non est inter notos, & ignotos; vel quorum conditio, aut vita est nota, vel ignota: quia nullus, cuius conditio, aut vita ignoratur, recipi potest ne dum ad professionem, sed nec ad habitum novitiatum. Tene igitur tempus probationis regulariter ultra annum non extendi.

12 Fallit primò haec regula in novitio ad profectendum inhabili ob defectum aetatis; nempe quia non excessit annum decimum sextum à Concilio Trident. praefixum in cap. 15. sess. 25. de regular. Lex enim quantumcunque generalis semper restringitur ad personas habiles, c. *Vnicuique, de ar. & qual. lib. 6. & c. 1. de fil. Presbyter. eod. lib. & notat Decius in c. Can. omnes, in 2. lectur. n. 2. supra de confis. & Jason. in l. 2. §. Praetor, n. 3. ff. qui sacrosanct. cogant.* Unde cum novitius quidam esset proximus professioni, nec dum ageret decimum tertium annum, dubitavit superior an posset permittere, ut in novitiatu maneret usque ad tempus professionis, vel potius eum eijcere deberet, S. Congreg. censuit sic posse; quia Concilium d. c. 16. vers. *Finito*, loquitur de habilibus ad emittendam professionem; sed hic non est habilis, cum aetatem non habeat.

14 Praeterea S. Congreg. inclinavit in hanc sententiam; ut in masculis non sit praefinitum tempus à Concilio ad suscipiendum habitum: quid autem in mulieribus, dixi in c. *Can. vicium, supra eod.* Idem responsum in quibusdam inhabilibus, qui non adhuc sciebant legere, nec officium ordinate pro. ut Religionis instituta posscebant.

15 Deinde fallit eadem regula in religione Societatis Jesu, in qua novitii probantur biennio: hoc enim

enim institutum nequaquam sustulit; in d. c. 16. *sess. 25. de regul.* nam posteaquam iussit novitius expleto anno probationis ad professionem admitti, aut e monasterio expelli, immediate subiunxit: Per hac tamen S. Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis Jesu, juxta pium eorum institutum à Sancta Sede Apostolica approbatum, Domino, & ejus Ecclesie inservire possit.

16. Secundo notat Abbatem pertinere monachum recipere ad habitum, & professionem, ut patet ex littera ibi, [Abbate professionem recipientem monasticam, & monachalem habitum concedente] concordat textus in c. *Porreclum*, supra eodem ibi, (ex quo à convertendo votum emittitur, & recipitur ab Abbate.) Non tamen intelligis hoc jus spectare ad Abbatem solum, sed ad Abbatem & conventum simul, circumscripta consuetudine, vel privilegio, cap. *fin.* & ibi notat gloss. *in ver. Pertinet.* post Jo. Monach. & Archidiacon. *infr. eod. lib. 6. gloss. fin. & DD.* in d. cap. *Porreclum*, Lapsus allegat. 31. incipien. *Prima conclusio.* num. 1. & ad hoc requiritur major pars conventus, c. l. cum ibi notat. *infr. de his qui sunt à maior par. Cap. Lapsus ubi supra num. 3.* Nauarr. in c. 3. num. 5. de Regular. & cons. 9. n. 12. de Constit. & Menochius de *presumpt. lib. 6. presumpcion. 83. n. 9. & seqq.* Sed Jo. Andr. hic n. 2. in *ver. Vterque possit utrum Apostillam*, dicens Abbatem debere hoc facere consultis fratribus, & cum hac apostilla transierunt hic communiter DD. ut testatur Abbas n. 11. *vers. Sed ultra gloss. quæro* & hanc opinionem, quod scilicet Monachorum creatio spectet ad Abbatem de Capituli consilio pluribus hic tuetur Abbas d. n. 11. *usque in finem cap. ubi amplius sentit Abbatem non teneri sequi consilium fratrum, sed sufficere, ut requirit, & expectet responsum, ut cap. Cum in veteri sup. de elect. Mihi magis placet prima opinio; tum quia pro illa est textus apertus in cap. *alibi. 16. q. 7.* ubi post Hugonem hoc tenent Archid. & Bellam. ambo. *nu. 2. & Turrec. num. 1.* tum quia ita est in Collegiata seculari, in qua Canonicoꝝ creatio est simultanea inter Prælatum, & Capitulum, secundum viorem, & crebriorem sententiam, quam servat Curia, ut latissime ostendi in cap. *Cum Ecclesia Vulterrana. à n. 2. supra de election.* Ergo idem dicendum in Collegiata regulari, cum nulla afferri possit sufficientis ratio diversitatis, c. *Cum inter corporalia, supra de translat. Episc.* Nec refragatur apostilla Jo. Andr. tum quia loquitur per verbu forte; tum quia ipse non agit de simplici receptione ad professionem; sed de receptione ante annum probationis expletum, quæ fieri non debet, nisi consultis fratribus, ut per eum. Verum tamen in hac materia in primis recurrendum est ad consuetudinem, vel privilegium cujusque Ordinis, ut post Speculatorem adnotarunt Archidiacon. Bellam. & Turrec. *ubis supra.* & scripsi plenus in 17. cap. *Porreclum*, num. 34. *supra eod.* Quod autem hic dicitur de Abbate, ipso deficiente, videtur obtinere etiam in Commendatario ex sententia S. Congregationis Concilij. Nam cum in Religione S. Basilij approbata in sui initio fuerit expressa professio trium votorum à tempore cujus initij memoria non existit, & regulari observantia in ea collabente ejus monasteria commendata fue-*

rint, ac deberit emitti consueta professio, quia nec erat caput aliquod religionis dubitatum fuit an illi, qui hujusmodi religionis habitum de manu Commendatarij, vel Prioris non expressè professi susceperunt per aliquot annos gestarunt, tacitè professi intelligantur regulam S. Basilij S. Congregatio censuit intelligi tacitè profectos. Rursus quod hic dicitur de Abbate, procedit etiam in Episcopo Ecclesie regularis; quia Episcopus, & Abbas; ideoque ad eum spectat Monachos ad professionem admittere, ut notat Compollellan, in c. *Cum causam*, n. 1. *supra eod.*

18. Tertio nota ibi, *per se, vel per alium*, Monachi receptionem à Superiori regulari posse alteri demandari, prout hic notat Hostien. *nu. 7. & Butr. n. 3.* & idem Hostien. in d. c. *Porreclum*, n. 13. *in ver. Et recipitur supra eod.* ubi amplius censet post Innoc. *nu. 4.* minus demandari posse non tantum Monacho, & Clerico, sed etiam laico, & satis esse ut professio recipiatur ipso Superiore mandante, vel postea ratificante, ut c. *Concordia*, 17. q. 2. & c. *Instituante, qui cleric. vel vovent.* cum concord. de quibus ibi per eum.

20. Quarto nota regulam, quod multa fieri prohibentur, quæ facta tenent, ad quod quotidie allegatur hæc decretalis ad idem, s. *fin. 15. quest. 1. & cap. Quemadmodum, §. Quod si post huiusmodi, supra de iurejur. an.* Sed contraria regula habetur in cap. *Imperiale*, 25. q. 2. & in l. *Non dubium, C. de deleg. ubi patet gesta contra legis prohibitionem non valere, quamvis lex non procedat ulterius ad irritationem actus.* Pro conciliatione dic ut plenè scripsi in cap. *Cum accessissent, de Constit.* post Joan. Andr. *hic num. 2. in verb. Obtinere, & Abb. num. 11.*

21. Quinto nota, beneficio in favorem duorum indulto non posse per alterum renunciari altero invito; nam quod favore alicuius introductum est, in ejus odium retorqueri non debet, l. *Quod favore, C. de leg. & c. Quod ob gratiam, de reg. jur. lib. 6.* & in re communi potior est conditio prohibentis, l. *Sabinus, ff. com. divid. & l. Per fundum, ff. de servit. rustic. pred.* sed de communi consensu uterque potest renunciare juri suo; quia regula est, Quod quilibet renunciare potest his quæ pro se introducta sunt, c. *Statutus, infr. eod. c. Gratia, supra de offe. deleg. c. Cum nobis olim, de elect. l. Si iudex, de minor. ita gloss. hic in verb. Monasterij. Host. num. 4. in *fin. vers. Sed ex hoc, & n. 8.* Butr. n. 3. & Abbas, n. 10. Quinimo secundum Goffredum quilibet renunciare potest juri, quod introductum est in favorem omnium illorum, de quorū numero est, in quantum illud jus tangit personam renunciantis, nisi in jure contrarium exprimitur, & sic potest intelligi textus in d. l. *Si quis in conscribendo, C. de part. & cum eo transitivo Hostien. n. 8.* apud quem n. 9. reperies etiam, decem, & octo fallentias ad regulam prædictam l. *Si quis in conscribendo.**

23. Ultimo nota in *ver. Si tamen*, anno probationis, secundum hæc tempora posse renunciari de communi consensu ne dum expressè, sed & tacitè, videlicet per susceptionem habitus regularis, & professionem emissam, & receptam ante tempus probationis expletum, ut hic est casus, & in *castrum, infr. eodem.* Sed hoc corrigitur hodie quoad Fratres Prædicatores, & Minores in c. *Non solum, infr. eod. lib. 6.* & quoad reliquos Mendicant-

cantes in c. *seg.* & generaliter quoad omnes reguliones à Concilio Tridentino inc. 15. *sess. 25. de Regular.* nam in prædictis iuribus, & præcipue in d. cap. 15. apponitur decretum irritans professiones antea factas. Decretum autem irritans inducit formam, cui renunciari non potest, ut notat Baldus in l. 1. num. 2. *vers. In contrarium, ff. de liber. & posthum.* & Albert. Brunus in *tractat. de forma sol. 3. col. 1.* ubi enim est data forma, consensus partium nihil operatur, gloss. in cap. *Statutum, in princ. in verb. Committatur, de rescript. lib. 6.* & ita anno probationis renunciari non posse sæpius declaravit S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, & latè consultit Nauarrus *conf. 62.* incipien. *An Franciscanus, hoc titulo, ubi nam. 5.* dicitur ita tenendum in consulendo, & judicando.

25. Hinc redditur valde dubitabile, quod notat Decius in cap. *Cum accessissent num. 22. supra eo constit.* ubi pluribus firmat etiam formæ renunciari posse, quando privatam respicit utilitatem quandoquidem tempus probationis inductu est tam in favorem novitij, quam religionis; & propterea secundum hæc tempora illi poterat renunciari; quia quilibet potest renunciare ei, quod pro se nocetur introductum, ut expressè hic dicitur, in d. c. *Statutus*, & tamen posteaquam per decretum irritans professionem tempus probationis est factum de forma, illi amplius à novitio, & monasterio ex S. Congreg. sententia renunciari non potest: ergo formæ non potest renunciari etiam quatenus concernit privatam utilitatem ipsius renunciantis: circa quod tamen vide quod scripsi in d. c. *Cum accessissent, à num. 22.*

26. Hinc etiam fit ut hodie locum non habeat quod hic notat Host. *nu. 2. in ver. Interdicat, & Jo. Andr. n. 1. in eod. ver.* Videlicet tempus probationis restringi posse, ubi per ingressum religionis fieret alteri gratæ præjudicium, ut in cap. *Ex publico, §. 1.* & ibi notat idem Host. *in ver. Infra duorum mensium, infr. de convers. coming. at.* & in cap. *Consulti, §. 1.* ubi etiam Host. *in ver. Proposuit, infr. eod.* Etenim est hæc sit iusta causa petendi dispensationem à Sede Apostolica tamen ab Ordinarijs inferioribus, & Superioribus Religionum post Concilium Trid. amplius arcetari non potest.

27. Ideoq; cum Sacra Pœnitentiaria respondisset Cynthia Mutinæ, cuius vir Ordines sacros suscepit, licet post consummatum matrimonium ingredi religionem, & in ea profiteri, eademque Cynthia agens annos tringenta & octo id quàm effecere cuperet: petijt secum dispensari, ut non obtante cap. 15. *sess. 25. de Regul.* statim, vel intra annum quodcumque ad professionem admitteretur, cum in monasterio quindecim menses morata, regulæ asperitatem experta sit, & ipsa à Monialibus noscatur. Sacra Congregatio censuit hanc materiam juris positivè esse, c. *Ad Apostolicam, de Regular.* ubi intra annum probationis professio fieri non debet, sed facta tenet; ideo posse dispensari, & causam iustam hoc casu subsesse Sanctissimus dispensavit.

28. Amplius, suborto dubio, An si mulier, quæ duodecim annis major ingressa est monasterium, habitus suscepit, deinde expleto probationis anno professionem emittit, & causam iustam hoc casu subsesse Sanctissimus dispensavit.

professio sit emissã: Sacra Congregatio censuit ita debere.

29. Fallit primo conclusio superius firmata nu. 23. in mulieribus, quæ Pœnitentes, cui Convertitæ appellantur, & sunt personæ ecclesiasticæ alicui religioni addictæ, & solemniter pœnitent, ut per Calder. *conf. 21. alius 7. de iudic. & Jul. Clar. in §. fin. quest. 35. num. 20.* Sicuti Romæ est monasterium S. Mariæ Magdalene Ordinis S. Augustini. In his enim quoad tempus probationis, & professionem emittendam servari debet jus commune, & illarum constitutiones; nam Concilium Trid. in c. 18. *sess. 25. de Regular.* in *vers. Ab his tamen excipiuntur mulieres;* referendum videtur non tantum ad ea, quæ desuper continentur in eod. cap. 18. Sed etiam ad reliqua, quæ in alijs capitulis præcedentibus ejusdem sess. sancta fuerit; & consequenter etiam ad disposita in cap. 15. Unde S. Congregatio consulta, An mulieres, quæ Pœnitentes, seu Convertitæ appellantur, de quibus fit mentio in cap. 18. *sess. 25. de Regul.* *vers. Ab his;* possint professionem emittere juxta dispositionem juris communis, earumque constitutiones? Respondit posse. Teneri tamen hodie ad clausuram formalem, & ad emissionem votum ex Decreto Pij V. & Gregorij XIII. nec in eorum monasterijs possunt reponi amplius Moniales aiorum monasteriorum, quæ sub clausura degunt correctionis causa: nec amplius egredi ipsæ Convertitæ possunt. De his tamen vide quod dixi in c. *Statutus, num. 60. infr. eod.*

32. Fallit secundo supradicta conclusio in Monialibus novitijs Ordinis S. Domini, quæ in articulo mortis constituta, dummodo sint legitime ætatis, ex indulto Pij V. emittere possunt professionem ante annum probationis expletum; ita tamen si decedentes consequi possint indulgentiam, & alias gratias, quas Moniales verè professe decedentes consequuntur, ut in ejus litteris incipien. Summi Sacerdotij cura, in Bullar. tom. 2. pag. 315. Verum hujusmodi indultum quatenus advertebat Decreto Concilij Tridentini in cap. 15. *sess. 25. de Regular.* videtur redactum ad illius terminos à Gregorio XIII. in Constitutione, quæ incipit, *In tanta, eod. tom. 2. pag. 370.* Ac proinde si Monialis sic professa ex tali infirmitate decederet, monasterium non succederet in bonis illius, arg. cap. *Constitutus, 20. quest. 3.* & scripsi in cap. *Sicut nobis, supra eod.* Quod si ex morbo convalesceret, non censeretur religionis alligata nisi transacto probationis anno iterum profiteretur; licet quoad indulgentiam, & gratias spirituales fortè sustineri possit indultum Pij V. non fuisse à Gregorio revocatum, prout tenuerunt multi ex recentioribus, quos tamen cumulat hic moderni Collectores, num. 4.

34. QUÆRO, An Regularis de licentia Sedis Apostolicæ à strictiori religione ad laxiorem ejusdem Ordinis transientes, per alium eum in probatione esse, atque iterum profiteri teneantur.

35. Regularis duobus modis transferri potest ad aliam religionem. Primo ut illic præsit tanquam Abbas, vel Superior. Secundo, ut subsit tanquam privatus Monachus. Si transferatur ut præsit, Feder. de Sen. *conf. 5. incip. Quidam Monachus;* respondit Monachum unius monasterii ad prælationem alterius monasterii promovum non tunc iterum profiteri: nam (Per professionem (inquire

n. 3. [quam fecit in primo monasterio, ipso jure erat, aut intelligebatur conformatus moribus secundum monasterij quoad substantialia regula: quantum verò ad omnia, quae sunt extra substantiam hujus regulae, conformabitur illa de facto observando, nec est necesse, ut verbo obligetur, vel stringatur, cum ipso facto se abstinerit suscipiendo praeterea ipsius monasterij: nam cum ipse sit unum corpus cum suis Monachis, cujus corporis ipse est caput; satis ipso facto intelligitur tacite promississe se observaturum quae observari debent in ipso monasterio per Abbatem.] Haec Federic. de Sen. cuius verba transtulit Petrus de Perul. in suo tractato de mutat. stat. person. n. 7. & 18. Illum tamen pluribus reprobatur Nauarr. de Reg. conf. 60. incip. An Monachus. Verum in hoc primo casu, quicquid sit de illius veritate, non videtur immorandum, quia proprie ad praesentem quaestionem non spectat.

Si autem regularis ab una ad aliam religionem transferatur ut (subit, non ut praeter, ut in hoc casu) si Religio sit alterius Ord. clarum est regulam teneri per alium animum in probatione esse, atque iteum proficere, etiam si religio, ad quam transferatur, sit laxioris moribus, ut ex facto respon- dit Nauarr. in praedegato conf. 62. de Regular. ubi prolixè offendit Franciscanum, si transferatur ad Ordinem Canonicorum Regularium, qui regulae inferunt laxioris, ut in cap. Quod Deivimorem, infra de stat. Monach. non posse renunciare anno probationis concessio per Concil. Trid. in cap. 15. sess. 25. de Regular. Et pro hac conclusione observandum est multoties contingere, ut una religio licet generaliter sit laxior, quam alia, tamen censetur arctior respectu alicuius peculiaris instituti. Sicut Carthusia est omnium religionum strictissima, ut in Extrava. Martini IV. quae est prima de Regul. (licet ex constit. Eugenij IV. incipien. illa quae de Calendis Decemb. 1475. in Bullar. 10. 1. pag. 274. Carthusiani petita, & non obtemperata suis Superioribus licentia recipi possint ab Eremitis Camaldulensibus) & in specie est arctior, quam Minimorum S. Francisci de Paula, ut pluribus probat idem Nauarr. de Reg. conf. 10. alias 50. incip. Carthusianorum religio; & tamen haec posterior est arctior respectu perpetuae abtinentiae ab ovis, & lactationis, ut ibidem Nauarr. advertit. Quemadmodum religio Fratrum Minorum S. Francisci, praesertim Cappuccinorum, negari non potest quin sit strictior Carthusiana respectu asperitatis habitus, arctissima paupertatis etiam in communi, & multitudinis praecceptorum, ad quae FF. Minores ex vi regulae tenentur sub reatu mortalis peccati, ut habetur in c. Exijt qui seminat, de verb. signific. in 6. adeo ut propterea habeant se huiusmodi religiones tamquam excedentia, & excessiva, licet in Carthusiana ille veluti perpetuus carcer, & strictior clausura, cuius & Concil. Trid. meminit in cap. 13. in fin. sess. 25. de Reg. praeponderet omnibus aliis asperitatibus, ut per Nauarr. loco cit. Unde aequum est ut regularis probet haec genera asperitatum priusquam religioni per professionem perpetuo alligetur hic, & in cap. Non solum, infra eod. lib. 6. vix enim ferendum esset, ut Carthusianus transiens ad Cappuccinos in primo momento temporis esset eorum religioni irrevocabiliter incorporatus; atque hanc sententiam probavit Nauarr. de Reg. conf. 60. incip. An Mau-

ibus, quem alij recentiores postea secuti sunt

41 Quod si religio sit eiusdem Ordinis, ut fiat transitus à Discalceatis ad Calceatos, vel à Reformatis ad eorum Conventuales, in quibus terminis procedit praesens quaestio; res est inagis dubia. Nam cum tempus probationis à SS. Patribus sit indultum non solum in favorem converti, sed etiam monasterij, ut ille asperitates istius, & istud mores illius valeat experiri, ut hic in littera: hoc casu nec respectu novitij, nec respectu monasterij prima facie videtur necessarius annus probationis.

42 Non respectu novitij; nam si austeritatem consideremus respectu substantialium religionis, satis est ut regularis semel professionem emisit in aliqua religione; nam qui unam religionem proficitur, omnes censetur proficere quoad substantialia, ut tradunt Fed. de Sen. d. conf. 5. sub n. 1. vers. Praeterea sufficit Lap. alleg. 130. pro dicitur, n. 4. vers. Item secundum opinionem Theologorum post Jo. Andr. quem citat in cap. Sane in gloss. magna post. princ. supra eodem. Cald. conf. 391. in princ. vers. Aut profectio illius, alias, 6. de Reg. Gem. conf. 41. in princ. vers. Quidam vero, plenè Anchar. 321. Praevitenda sunt, & Petri. de Perul. d. tract. de mutat. stat. person. n. 8. Si verò austeritatem consideremus respectu regulae, utique si religio est eiusdem Ordinis, & in illius satis videtur esse ut regularis expertus iam sit omnes illius austeritates in strictiori observantia absque eo quod illas iterum probet in laxiori. Nam cum, qui certus est, certiora amplius non oportet, c. Eum qui, de Reg. iur. in 6. Et propter hanc rationem cum olim dubitatum esset in S. Congregatione Concil. Anis, qui habitu regulari suscepto, annum integrum mansit in religione, eoque lapsus gravi morbo correptus, & propterea professione nequaquam emissis, permissa Superiorum ad seculum redijt, postea inde ad triennium morbo liberatus, & ad monasterium reverlus protinus emittit professionem, vel potius per alium annum stare in probatione tenebatur: S. Congregatio censuit posse statim emittit professionem non expectato alio probationis anno, nisi religionis, aut personae conditio sit immutata; idque Superiorum religionis animadvertere diligenter debere, quae fuit opinio Bartholomei Brixientis in questione sua Venetali 68. quem refert, & sequitur gloss. in d. cap. Eum qui. Sed nec respectu religionis annus probationis videtur necessarius; quia cum religio iam experta sit in dolem, ac mores novitij in arctiori, ac duriori disciplina; quem ibi semel approbavit amplius reprobare non debet: nam approbatus ad aliquod officium non potest in simili officio reprobari requirente eandem personam idoneitatem. Innoc. in c. Cui venerabilis in penult. col. in gl. in ver. Instrumentum, vers. Item si admisso, de except. Abb. in cap. Praesentium, de test. Felin in d. c. Cum venerabilis, in ult. col. Dyn. in reg. quod omnes, de reg. iur. in 6. & Bald. in Margarita, ver. Approbatus, Praesertim quia Discalceatorum, & Calceatorum S. Augustini, item Observantium, & Reformatorum strictioris Observantiae S. Francisci, & aliorum huiusmodi videtur una, & eadem religio: idem enim est institutor, & eadem regula, unus generalis utriusque. Ergo quemadmodum non requiritur nova probatio cum regularis transit ex uno ad aliud monasterium, c. Nullus, ubi notatur, de elect. in 6. ita nec cum transit ex

45 una Religione ad aliam eiusdem ordinis, & imitari. Et hac ratione non videtur oblatre decretum, c. 15. sess. 25. de regul. Quia ex Concilio demum requiritur annus probationis, si professio sit necessaria. Sed hic negatur huiusmodi necessitas, cum jam praecesserit professio in eadem religione; ideoque, nec probationis annus requiri videtur, quod est praesumbulum ad professionem emittendam. cap. Consulti, infra eod. cum concord. & licet Conc. non requirit novam probationem in eo, qui transit ad aliud monasterium eiusdem religionis, ita nec in regulari, qui transit ad laxiorem eiusdem ordinis. Nec videtur etiam rationi contententium, ut qui stetit tamquam veteranus inter professos strictioris religionis, modo agat in laxiori inter Novitios, arg. c. 1. supra de novit. & obed. Unde hanc opinionem videtur sequi Lessi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 41. n. 101. ubi postquam tradidit, transeuntem ad aliam religionem debere in secunda religione animum probationis explere, subdit deinde hoc esse intelligendum si transitus fiat ad ordinem distinctum, vel ad eiusdem ordinis monasterium, strictioris tamen disciplinae. Idemque indistinctè de transeuntibus ex una ad aliam religionem censet Commichan summ. q. 3. & Henric. lib. 3. de excomm. cap. 4. n. 2. in commun. dicitur O.

47 Quibus accedit etiam communis observantia: nam translati de licentia Sedis Apostolicae ad laxiorem eiusdem Ordinis illico admittuntur ad officia, & dignitates secundae Religionis, nec ullam professionem emittunt, aut animum probationis praemittere consueverunt, ut restant Procuratores omnes Ordinum Mendicantium.

48 Verum his non obstantibus videtur respondendum Regulares ut supra transeunt ad laxiorem Religionem etiam eiusdem Ordinis teneri per alium annum stare in probatione, atque iterum proficere, adeo ut liberum sit eis ad primam Religionem redire, nisi petito probationis anno faciant secundae aliquid per experiam, vel tacitam professionem. Quod ut evidenter appareat observandum est Religiones ad effectum, de quo agitur, tunc censeri diversae speciei, quando utriusque diversa vivendi ratio observatur, ut probatur in Clem. 1. de elect. & in Clem. eod. de regul. per in c. Gemio. conf. 41. pro clariori, in princ. ac spectes Religiosorum discerni ex diversitate professionis & habitus intelligendo verbum illud, professionis non pro substantialibus Regulae, quia in illis Religionibus omnes conveniunt, ut notatur in cap. 2. de eccl. ad h. de dictum est supra n. 42. sed pro diversitate regularis disciplinae, ut idemmet declarat post inferioris, quam actionum diversitatem considerat etiam Anchar. conf. 321. in princ. Idque procedit sine idem sit institutor, & eadem regula, sive non: nam cuius vitam gerimus, ejus regula fore censetur, ut dicebat Abbas Antiquus relatus à Jo. Andr. in cap. Recolentes, circa princ. de stat. Monach. Ideoque diversa, seu strictior religio ad effectum transitus non dicitur considerata primava regula, sed habito respectu ad praesentem observantiam, & constitutiones factas ultra regulam. Lap. alleg. 130. non. 1. vers. Item quia Cardin. Zabar. conf. 28. Quidam frater, in princ. & fuit opinio Innoc. communiter approbata supra eod. 50 in cap. Sane. Patet exemplo Fratrum Cappuccinorum, & Minorum de Observantia Sancti Francisci, quorum unus est institutor, & eadem regu-

la, de qua in c. Exijt qui seminat, de verb. signific. in 6. in Clem. Exijt de Paradiso, & in extrava. Jo. XXII. quarundam, & extrava. ad Constituta eodem titulo, & tamen nulli dubium est has Religiones quoad hoc censeri diversas, adeo ut à Capuccinis minime liceat ad Observantes transire, iuxta cap. Licet infra eod. & Conc. Tridentinum c. 19. in fin. sess. 25. de regular.

51 Quinimo hoc procedit etiam si utriusque sit unus, & idem generalis; nam adhuc tamen ad effectum transitus censetur diversa, si una sit strictior altera, ut patet in Religiosis Calceatorum, & Discalceatorum S. Augustini, certum est enim à Calceatis non dari transitum ad Discalceatos. Ergo inter has est specifica differentia talis enim si prolixè esset una, & eadem Religio, daretur transitus indistinctè de una ad aliam, sicut datur de uno ad aliud monasterium, d. c. Nullus, atque ibi notatur, de elect. in 6. Dicendum est igitur religiones haberi ut diversas quotiescumque regularis disciplina, & ratio vivendi in eis diversimodè observatur; licet sint sub eodem capite, & regula.

52 Quibus ita constitutis probatur conclusio superius proposita ex decreto Concil. Trid. in c. 15. sess. 25. de reg. ubi statuitur, ut in quacunque religione ad professionem non admittatur qui minor tempore, quam per annum in probatione steterit, & professio antea facta sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius regulae, vel religionis, vel ordinis observantiam, aut ad alios quoscunque effectus. Ponderanda enim est dictio illa, quacunque, quae cum sit universalis, l. Ex quacunque, ff. si quis in iur. voc. l. Quicumque, c. de ser. iugr. l. Hoc articulo, ubi plenè notatur, ff. de hered. instit. cum simil. merito includit etiam ea quae alia non comprehenderentur, c. Salve, vers. Quodcumque, ligaverit, de maior. & obed. c. 2. de observ. venen. c. Bonavorum, 19. dist. 1. Tres fratres ff. de pacis, & tradit Roman. in caus. 31. Vssibus, n. 2. eamque dictionem propterea exprimatam vocat Lucas de Pen. in l. fin. in princ. c. de exad. tribu. lib. 10. quod magis procedit hoc casu ponderata praegnantia, ac geminatione verborum, quibus Conc. tam utitur in d. c. 15. quam in c. 22. eiusdem sess. Haec enim geminatio dictionum universalium eius est virtus, ut omnia includat, quae dici, vel excogitari possunt absque aliqua limitatione, distinctione, & restrictione, sal. in l. 1. col. penult. vers. Linnia praedicta omnia, ff. de legibus, quod fuscè pluribus rebus comprobatur Crauct. conf. 294. Verba transactio, nu. 1. & siqq. 2. ubi dicitur ead. verba comprehendere etiam casus improprios, & in quacunque materia, etiam peculiariter per doctrinam gloss. in l. 2. in rer. Alio, c. de quaest. praescriptione, & Salicet. in l. 2. c. de nox. Itaque dum Concil. decernit necessarium esse praemittendum annum probationis ad professionem emittendam in quacunque religione, & ad effectus illius verbis universalibus, ac repetitis, perinde est ac si sanxisset id esse observandum in quacunque religione sive illa sit laxior, sive strictior, & sive alterius, sive eiusdem ordinis, in quocunque casu tam ingredientium, quam transeuntium. Quam verborum geminationem ad hunc effectum ponderat, licet admodum succinctè Nauarr. de conf. 62. n. 9. de regul.

54 Praeterea ut Religiosus unius religionis fiat religio-